PIO . SEXTO

PONT. OPT. MAX.

CHRISTIANAE · RELIGIONIS · VINDICI

NATURALIUM · DISCIPLINARUM

BONARUMQ. ARTIUM · PROPAGATORI

RESTITUTORI · ANTIQUITATIS

PROVIDENTISS. INDULGENTISSIMOQ. PRINCIPI

PROPOSITIONES · THEOLOGICO-POLEMICAS

DE · CHRISTIANA · RELIGIONE

A · NATURALIBUS · DISCIPLINIS · NON · ALIENA

PUBLICE · IN · COLLEG · GERMANICO-HUNGARIC.

AD · DEFENDENDUM · PROPOSITAS

PRAENOBILIS · JOHANNES · EX · S. R. I.

EQUITIBUS · DE · SAUVAGE · NOBILIS · LEODIENSIS

EJUSD. COLLEG. ALUMNUS

D. C. Q. D. N. M. Q. E.

Digitized by Google

Digitized by Google

BEATISSIME PATER

QUod unum maxime optabam, et caussae, quam tuendam susceperam, plurimum conducebat, ut ille mihi lit-

Digitized by Google

terarii hujus certaminis Dux, et Auspex esset, cujus gravissima auctoritate, jactata ab Incredulis de Christianae religionis a naturalibus disciplinis alienatione calumnia, quam publice refellere institueram, penitus obtereretur, hoc me immortali Tuo, PIE Pontifex Maxime, beneficio consequutum esse vehementer laetor. Nam cui demum cognita non est, atque perspecta incredibilis Tua in tuendo, promovendoque naturalium disciplinarum, bonarumque artium cultu sollicitudo? Etenim pro mirabili, eximiaque divinarum, humanarumque rerum cognitione, quam Tibi assidua optimorum librorum lectione, usuque in magnis difficillimisque mu-

Digitized by Google

v

muneribus obeundis comparaſti , plane intelligis , quam magnae , quamque illuſtres ex hoc fonte in Eccleſiaſticam , Civilemque rempublicam opportunitates , atque utilitates profluant . Itaque cum maximo verae hominum felicitatis conſervandae , propagandaeque deſiderio flagres , in illud quoque tota animi Tui contentione incubuiſti , et incumbis , ut litterae , ingenuaeque artes vigeant , et omnibus ad eas excolendas praeſidia abunde ſuppetant . Quamobrem nulla eſt naturalis diſciplina , nulla libero homine digna ars , ad quam fovendam , ornandamque cogitationes Tuas , curaſque non contuleris . Teſtis haec Chriſtianae Religionis

arx


arx, Imperiique Tui sedes; in qua tot egregiae Tuae in litteras, liberalesque artes voluntatis, in Vaticana praecipue Bibliotheca, adjunctisque eidem Museis, atque illo imprimis, quod in proximo extructum a Tuo, Decessorisque Tui nomine Pianum Clementinum dicitur, (nam Te auctore a Clemente XIV. coeptum, a Te vero perfectum, ampliatumque, et statuis, signisque omnis generis adeo locupletatum fuit, ut cum praestantissimis certet) monumenta extant, ut ne percenseri quidem numerando possint. Cum igitur tam gravis Sanctitatis Tuae in hac caussa auctoritas sit, ut minutos illos Philosóphos, quibuscum mihi futura con-

Digitized by Google

certatio est, per se vincat, si disputatio iſta mihi feliciter, ut spero, evenerit, hoc Tibi erit tribuendum, qui pro singulari Tua in me, Collegiumque hoc Germanicum Hungaricum universum Indulgentia, Clementiaque mihi has de Christiana Religione a naturalibus disciplinis non aliena Theses, Te Duce, atque Auſpice defendendi veniam feceris. Quapropter tantum Tibi me debere profiteor, quantum mortalium praeterea nemini, Deumque precor Optimum Maximum, ut Te Christianae Religionis, litterarum, optimarumque artium, meoque, et collegarum meorum, quos Tibi perpetuis beneficiis devinxisti, atque in dies arctius devincis,

Digitized by Google

bono, ſoſpitem quam diutiſſime Ecclesiae suae praeſtet.



PRO-

Digitized by Google

PROPOSITIONES
THEOLOGICO-POLEMICAE
DE
CHRISTIANA RELIGIONE
A NATURALIBUS DISCIPLINIS NON ALIENA.

I.

CHristiana religio naturalibus disciplinis bellum non indicit.

II.

Etenim cum veritatibus, quas credendas proponit, veritates natura duce partae non pugnant.

III.

Quamobrem naturalium disciplinarum cogni-

Digitized by Google

tio Christiano supervacanea, aut noxia non est:

IV.

Quin immo omnibus, qui Christianam religionem profitentur, est utilis:

V.

Christianae vero religionis Doctori etiam necessaria.

VI.

Hinc veteres Ecclesiae Patres humanas disciplinas excoluerunt, nostrisque hominibus, ut eas excolerent, vehementer persuaserunt.

VII.

Quae res ex Clementis Alexandrini, Origenis, Gregorii Nazianzeni, Hieronymi, et Augustini testimoniis perspicue constat.

VIII. Ne-

Digitized by Google

VIII.

Neque vero Sanctorum Basilii , et Ambrosii ab illis discrepans ratio fuit.

IX.

Itaque errat Jacobus Bruckerus , qui omnem Dialecticae peritiam ab ipsis rejectam fuisse affirmat.

X.

Per summam calumniam de Christianis conqueritur Celsus, quasi homines, qui eruditione , sapientia , prudentiaque praestarent, in suam societatem non reciperent.

XI.

Nec minori injuria Caecilius eosdem, ut studiorum rudes , ac litterarum profanos insectatur.

XII.

Quae de Mathematicis a Sancto Gregorio Ma-

gno Pontificali aula expulsis, deque Palatina Bibliotheca ejus jussu incensa Joannes Sarisberiensis narrat, nullo firmo fundamento nituntur.

XIII.

Quamquam, etiamsi vera esset Joannis Sarisberiensis de Mathematicis ab illo Pontificiis aedibus exclusis narratio, immerito Sanctissimus Pontifex tamquam importunissimus naturalium disciplinarum hostis traduceretur.

XIV.

Mathematicorum enim nomine homines divinationi, et astrologiae superstitioni deditos Joannes Sarisberiensis intelligit.

XV.

S. Zacharias Romanus Pontifex aut nunquam Virgilium condemnavit, aut non propterea condemnavit, quod Antipodas tueretur.

PU-

Digitized by Google

PUBLICE · DEFENDET · AD · S. APOL.
PRAENOBILIS · JOHANNES · DE · SAUVAGE
PRAESIDE · F. TOMA · M. SOLDATO . ORD. PRAED.
SACR. THEOLOGIAE · MAGISTRO . EJUSDEMQUE
IN · COLL. GERMANIC. HUNC. PROFESSORE
KALENDIS · APRILIS · MDCCLXXXIV.

LE-

Digitized by Google

LEGI, ac diligenter expendi librum, cui titulus: *De christiana religione a naturalibus disciplinis non aliena adversus incredulos exercitatatio*: nihilque in eo vel ab orthodoxa fide alienum, vel a christiana morum norma abhorrens deprehendi, omnia immo, ut erant a viro doctissimo expectanda, adeo dilucide, eleganterque pertractata, tamque solidis rationum momentis constabilita, ut dissolutis plane calumniis, quae catholicae religioni impudenter ab hostibus imponuntur, ex recta Scripturarum interpretatione, sanctorum patrum, doctorumque sententiis, palam cuique fiat, si aequo animo perpendat, litterarum studium, modo in Deum referatur, christiano homini minime noxium, atque adeo unicuique perutile, iis vero, quibus docendi, verbumque Dei praedicandi munus incumbit, necessarium omnino esse. Haec mea sententia est de opusculo hoc, quod censurae meae mandavit Rm̃us P. Thomas Maria Mamachius Magister sacri Palatii, digno sane, quod typis edatur. Ex aedibus s. Callisti die XXIV. Martii anno MDCCLXXXIIII.

P. A. Galletti Episcopus Cyrenensis.

Digitized by Google

De *Christiana Religione a naturalibus disciplinis non aliena*: Theses a Rmo P. Magistro S. P. A. meo quoque judicio subjectas magna animi voluptate perlegi. Quales enim, perspecta mihi Auctoris doctrina, ab initio fore prospexeram, tales revera pervolvendo cognovi, rectae scilicet rationi semper innixas, praesertim vero luculentissimis Sanctorum Patrum testimoniis. Sane in hisce Thesibus tum imperitorum hominum deteguntur errores, tum maxime a Christiani nominis hostibus per summam impudentiam instructae calumniae haud magis praestantissimis Pontificibus, veteribusque Christianis, quam universim Religioni Catholicae funditus obteruntur. Itaque dum easdem magnopere commendo, et tanto Nomine, cui inscriptae sunt, et pubblica hominum luce dignissimas esse censeo.

Dabam in aedibus meis Quinto Kal. Aprilis anni 1784.

Julius de Somalia Praelatus Domesticus S. S.
et S.Congr. Indulg. ac Reliqu. a Secret.

Digitized by Google

I M P R I M A T U R,

Fr. Thomas Maria Mamachi Ord. Præd. S. P. Apoſt. Mag.

I M P R I M A T U R,

Si videbitur Rm̃o Patr. Sacr. Palat. Apoſtol. Magiſt.

F. A. Marcucci Patriarc. Conſtantinop. ac Vicesg.

VAL 1511.716

Digitized by Google

DE CHRISTIANA RELIGIONE

A NATURALIBUS DISCIPLINIS NON ALIENA

ADVERSUS INCREDULOS

EXERCITATIO.

Quomodo repudiamus secularia studia, sine quibus divina non possunt? Tertull. de Idolol. c. x.



ROMAE MDCCLXXXIV.

APUD ALOYSIUM PEREGO SALVIONI

TYPOGRAPH. VATICANUM IN ARCHIG. ROM.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google



DE CHRISTIANA RELIGIONE

A NATURALIBUS DISCIPLINIS NON ALIENA

ADVERSUS INCREDULOS.



I. QUanto studio, quantaque contentione in Christianis regionibus naturales disciplinae excolantur, nemo plane est, qui non (1) videat. Incurrunt enim in omnium oculos aperta ubique ad juventutem illis erudiendam (2) gymnasia; incurrunt Collegia (3) ad ingenuos adolescentes ut pietate, ita lit-

 te-

(1) Vide praeclarissimi viri Jacobi Facciolati Orationem *De litterarum et artium felicitate*, quae quidem est XV. inter ejusdem Orationes XXVII. selectas Edit. Patavinae MDCCLXVII. *pag.* 261. *seqq.*, et si

si licet, Jacobi Lungershusii Orationem *De incremento rei litterariae hodierno* dictam d. 13. Jan. an. MDCCXXII. Mulhusae typis Tobiae Davidis Brückneri. Huc quoque pertinet Christiani Gottliebi Joecheri Academica Acroasis *De insigni studii historici nostra aetate excellentia*, Lipsiae anno MDCCXXXII.

(2) De publicis scholis, atque illis maxime, quarum insignis est celebritas, quaeque Universitates appellantur, agunt Jacobus Middendorpius *Academiarum celebrium universi terrarum orbis lib.* VIII. Coloniae Agrippinae MDCII., Joannes Launoius *De scholis celebrioribus seu a Carolo Magno seu post eumdem Carolum per Occidentem instauratis*, Opp. ejusdem Edit. Coloniae Allobrogum MDCCXXXII. Tom. IV. Part. 1. pag. 1. seqq., Hermannus Conringius *De antiquitatibus Academicis una cum ejus supplementis recognitis a Christoph. Aug. Heumanno*, Gottingae CIↃIↃCCXXXIX., Christophorus Augustus Heumannus in *Bibliotheca Historica Academica* una cum superiori Opere edita, Jo: Baptista Gener *Theologiae Dogmatico-scholasticae Tom.* 1. *Prodrom.* 1. *cap.* IV. *Syllab.* 1. Edit. Rom. MDCCLXVII. *pag.* 102. *seqq.*, Joannes Dominicus Musantius in *Tabulis Chronologicis Sept. aetat. Tab. XXVII.* Edit. Rom. MDCCLI. *pag.* 310. *seqq.* Chambres v. *Academia*, aliique aut Catalogorum, aut Lexicorum auctores.

(3) Ex his plura recensentur ab Henrico Scherero *Geographicae Hierarchiae Part.* II. *cap. II. prop. II.* §. 4. *pag.* 240. *seqq.* Edit. Monachii an. MDCCIII., et a Philippo Bonanno in Ordinum Religiosorum Catalogo *Part.* III., *in qua de diversis etiam Collegiis Alumnorum agitur, quibus more Religiosorum regulae vivendi et indumenta praescribuntur*. Rom. an. MDCCX. Inter haec autem quem locum sibi vindicet Collegium hoc Germanicum-Hungaricum, et quam multi ex eo prodierint viri non modo generis nobilitate, sed etiam amplissimis dignitatibus, doctrina, pietate, gestisque muneribus illustres, perspici potest ex ejusdem Collegii Historia, quam elegantissime perscripsit Julius Cordara, ediditque Romae an. MDCCLXX. De hujus Collegii Protectoribus (quod munus nunc maxima cura, vigilantiaque sustinet Amplissimus S.R.E. Card. Antonius Casalius, vir Ecclesiasticae, et Civilis reipublicae, praesertim vero Pontificiae Ditionis bono

teris imbuendos fundata; incurrunt Bibliothecae (4) optimis in qualibet facultate libris refertissimae, Musea (5) vel statuis, picturis, inscriptionibus, nummis, ceterisque antiquitatis monumentis ad superiorum temporum notitiam (6), vel cochleis, conchis, arenis, metallis, aliisque corporibus ad triplex regnum spectantibus, ad naturae cognitionem (7) instructissima; hortique (8) plantis ex

bono natus) agitur in Dissertatione *De Nationis Germanicae in Curia Romana protectione*, Praeside Joh. Gotlob Boehmio, examini publico subjecta a Petro Frid. L. B. ab Hohenthal, Lipsiae ex Officina Breitkopfia §. *XIV. pag.43. seq.*

(4) Consulatur Middendorpius in *Oper. cit.*, Johannis Georgii Graevii *Cohors Musarum sive historia rei litterariae, necnon historia Bibliothecalis*, Trajecti ad Rhenum MDCCXV. *Sect. VII. pag.264. seqq.*, et Collectio libellorum et commentationum virorum clarissimorum *De Bibliothecis, atque Archiviis cum praefatione de scriptis et Bibliothecis Antediluvianis* Joachimi Joan. Maderi Edit., J. A. S. D. Helmestadi MDCCII.

(5) Praeclariorum Museorum, ut Pisani, Odescalchii, Cortonensis, Capitolini, Veronensis, Caesarei Vindoboniensis etc. descriptiones a viris praestanti ingenio, magnaque in rebus antiquis intelligentia editae notiores sunt, quam ut singillatim commemorandae videantur. Musei Pii-Clementini descriptionis Tomus 1. prodiit Romae an. MDCCLXXXII. hoc titulo: *Il Museo Pio-Clementino descritto da Giambattista Visconti Prefetto delle Antichità di Roma, dedicato alla Santità di Nostro Signore Pio VI.*

(6) Legi potest *Sermo de antiquitatis cognitione* a cl. v. Nicolao Galeotto anno 1746. dictus subjectusque praefationi ejusdem ad Museum Odescalchium *pag.XLI.seqq.*

(7) Adeatur Opus, cui titulus: *La Conchyliologie ou Histoire naturelle des Coquilles par M. Dessalier d'Argenville*, a Paris MDCCLXXX. cap. X., quod inscribitur: *Des plus fameux Cabinets d'Histoire qui sont en Europe*, et ad calcem Operis tit. *Additions aux Cabinets.*

(8) Vide Joannis Francisci Se-

ex remotiſsimis regionibus exportatis ad rei herbariae peritiam ornati . Quid speculae in usum Astronomicarum observationum ? Quid conclavia ad Physicas et Anatomicas exercitationes ? Quid Chimica *elaboratoria* ? Quid infinita prope machinarum , atque instrumentorum (9) copia , sive ad experimenta capienda , sive ad sydera contemplanda, sive ad omnes vel minimas corporum non solidorum modo, sed etiam fluidorum partes perscrutandas? His adde praeclarissimas doctissimorum hominum(10)Societa-

Segujerii , et Ovidii Montalbani Bibliothecam Botanicam Hage-Comitum, an. MDCCXL., in qua indicantur plerique Scriptores , qui hujusmodi hortorum descriptiones publicarunt. Romae MDCCLXXII. seqq. prodiit *Hortus Romanus juxta systema Tournefortianum paulo strictius distributus a Georgio Bonelli Monregalensi in Subalpinis, publico Medicinae profeſsore : Specierum nomina suppeditante , praestantiorum , quas ipse selegit , adumbrationem dirigente Liberato Sabbati Maevaniensi in Umbria Chirurgiae Professore, et Horti Custode .*

(9) De Artefactis , in usum praesertim Astronomiae singulari opere atqueartificio confectis, Josephus Marianus Parthenius elegantiſsimus Orator, et Poeta, quem honoris gratiqueanimi caussa nomino , *Electricorum libro primo* Edit. Rom. MDCCLXVII. *pag*.48. *seq*. ita canit.

„ Adde his artificumque manum ,
„ operumque laborem ;
„ Prismata in adverso pingentia
„ pariete fila ,
„ Fila coloratae vario subtemine
„ lucis .
„ Et diducta suum reddentia quae-
„ que colorem .
„ An crystalla tubis inclusa ? an
„ levia in horum
„ Persequar hic suffecta locum
„ mira arte metalla ;
„ Astraque jussa oculis propius
„ succedere nostris ?
„ An super haec addam refractae
„ lucis in usum
„ Vitra novo conflata opere , et
„ metantia certos
„ Inter se abscessus radiorum ?
„ an denique centum
„ Adjiciam egregias exculta in-
„ venta per artes ? „

(10) Vide Musantium *loc. cit.* *pag.*

Digitized by Google

tates; adde celeberrimas Astronomorum in extremas mundi plagas (11) expeditiones; adde egregia opera quae, ad Historiam, ad Physicam, ad Anatomen, ad Mathesin, ad Meteorologiam emendandam, augendam, illustrandam tota passim Europa (12) publicantur; adde litterarias (13) Ephemerides, quarum ope ad dissitas quasque provincias eruditorum hominum lucubrationes, inventa, et cogitata facile perveniunt. Quo circa alienationis a naturalibus disciplinis calumniam ab Incredulis Christianae religioni impositam non eo refellendam suscepi, quod vererer, ne aliquibus credibilis videretur (quis enim ita desipiat, ut Christianam religionem illarum disciplinarum studiis inimicam esse suspicetur, quae in Christianis regionibus coli tam impense noverit?), sed ut, argumentis, quae a perfidis veteratoribus ad illam confirmandam afferuntur, expositis, dilutisque, novum (14) incredibilis eorum in Chri-

*pag.*315. *seq.* Schererum *Prop. cit.* §.3. *pag.* 237. *seqq.*, et Aloysium Antonium Vernejum, Equitem Torquatum, Archidiaconum Eborensem, virum ingenio, eruditione, scribendi elegantia, editisque Operibus spectatissimum, *De re physica lib.* 1. *cap. VII. et VIII.* Edit. Rom. CIƆIƆCCLXIX. *pag.* 67. *seqq.*

(11) Ex his potissimum celebrantur expeditiones ad definiendam telluris formam, et Veneris sub sole transitum observandum adornatae.

(12) Consulito Diaria, et Ephemerides litteratorum, quae in Italia Anglia, Gallia, Germania perutili eruditionis compendio seculo XVII. edi coeperunt.

(13) Adeundus cl. Vernejus *lib. cit. Cap. VIII. in nott. p.*79. *seqq.*

(14) Respicitur ad Exercitationem *De quinque dogmatibus civili reipublicae adversis, Christianae religioni ab Incredulis per calumniam affictis*, vulgatam occasione publicae disputationis ab Antonio Stephano Equite Caballinio in hujus ipsius Collegii aula X. Kal. April. an. MDCCLXXXII. habitae, hac praemissa praefatione ad amplissimum Prae-

Digitized by Google

Christiana religione, tamquam si Civili reipublicae pernicio-

Praesulem Josephum Garampium Archiepiscopum, et Montis Flasconis, et Corneti Episcopum, ac Sedis Apostolicae apud Josephum II. Roman. Imperat. Electum Nuncium, cui Disputatio inscripta erat: „ Cum „ primum ex Johannis Baptistae „ Caballinii Signiensis ac Modrusiensis Episcopi, qui me sibi non „ modo sanguinis conjunctione, sed „ etiam perpetuis beneficiis adstrictum habet, litteris intellexi Te, „ Josephe Garampi Praesul Amplissime, pro summa Tua in illum, atque in me, meosque „ omnes humanitate, annuisse, ut „ Disputatio haec mea Tuo clarissimo nomine honestaretur, tantam „ animo voluptatem coepi, quantam nec ab aliis cogitatione percipi, nec a me explicari verbis „ posse sentio. Optabam enim vehementer hac tenui quidem, sed „ tamen aliqua officii significatione „ gratum animum in Te meum publice testificari, cujus gravissima „ commendatione aditum mihi ad „ celeberrimum hoc Collegium patefactum fuisse meminissem; nec „ minus avide expetebam, Te Patrono atque Auspice, extremum „ hoc litterarium certamen inire, „ in quo omnia generis, virtutis, „ doctrinae, dignitatisque ornamenta admirarer. Tu enim Arimini, antiquissima, florentissimaque „ Æmiliae urbe, ex Garampiorum „ Comitum familia natus, atque „ in clerum divinitatis instinctu vocatus nihil antiquius habuisti, „ quam ut Te ad operam Catholicae Ecclesiae in maximis quibusque muneribus navandam aptissimum redderes. Itaque vitam „ ad Ecclesiae Canones sic conformasti Tuam, ut omnes in Te „ non adumbratam, sed expressam „ ex veteri disciplina Ecclesiastici „ hominis imaginem intuerentur, „ nec illis tantum disciplinis animum „ imbuendum putasti, quibus ii, „ qui in clerum cooptantur, vel „ qui ad Aulae honores instituuntur, informari solent, sed omnem Ecclesiasticae, Civilisque Reipublicae gerendae notitiam ex „ Romanorum Pontificum, Imperatorum, Principumque diplomatibus, ex historiae sive jam vulgatis, sive nondum in publicam „ lucem editis monumentis nummisque, et inscriptionibus, ex Conciliorum, ex Patrum Ecclesiae, „ atque ex Philosophorum assidua „ le-

ciosa esset , laceranda imperitiae , impudentiaeque specimen darem .

II. Jam vero argumenta , quibus Increduli nituntur , haec ſummatim ſunt . Naturalium diſciplinarum cognitionem (15) non modo ſupervacaneam Chriſtiano esse ,

B ve-

,, lectione penitus hausisti . Cujus
,, eruditionis in omni genere sin-
,, gularis Tuae cum praeclarissima
,, specimina dedisses in libris , quos
,, de argenteo Benedicti III. num-
,, mo , de Beatae Clarae Civis
,, Tuae rebus gestis cultuque , de
,, Tridentinis Episcopis Agnello
,, Egnone , et Enrico II. , ac Lu-
,, dovico Madrutio Cardinali am-
,, plissimo , Tridentinique Concilii
,, Praeside , et de Garfagnanae si-
,, gillo incredibili doctissimorum
,, hominum approbatione publica-
,, sti , Benedictus XIV. , Clemens
,, XIII. , Clemens XIV. , atque is ,
,, qui nunc Ecclesiam universam
,, tanta animi magnitudine provi-
,, dentiaque regit , Pius VI. , sa-
,, pientissimi et rerum , et homi-
,, num aestimatores , Te ad Ec-
,, clesiasticae Reipublicae negotia
,, tractanda educendum , gravissi-
,, misque muneribus praeponendum
,, putarunt . Etenim Benedictus
,, XIV. Te Vaticanae Basilicae Ca-
,, nonicatu auctum intimo Archi-
,, vio Pontificio praefecit , Cle-
,, mens XIII. sibi ab arcanis episto-
,, lis esse voluit , Clemens XIV.
,, Archiepiscopum Berytensem di-
,, xit , atque in Poloniam Sedis Apo-
,, stolicae Nuncium , inde Vindo-
,, bonam ad Josephum II. Roma-
,, norum Imperatorem Electum ,
,, ejusque Augustam Matrem Ma-
,, riam Theresiam Reginam Aposto-
,, licam legavit , Pius VI. Tibi
,, Montis Flasconis et Corneti
,, Ecclesiam regendam , maximo
,, ejus bono , credidit . Quorum
,, quidem Pontificum adeo constans
,, in Te ornando voluntas , quan-
,, tum illis Tuam fidem , diligen-
,, tiam , inque difficillimis rebus
,, expediendis prudentiam probave-
,, ris , tam aperte declarat , ut ni-
,, hil sit , cur ego in his explican-
,, dis diutius immorer . Quamo-
,, brem finem dicendi facio , atque
,, illud a Te etiam atque etiam peto , ut
,, me de religione disputantem , gra-
,, vissimus ipse religionis assertor
,, et vindex Patrocinio Tuo tuea-
,, ris ,, .

(15) Boulangerus in impio

Ope-

verum etiam prorſus noxiam. Nihil enim ratiocinandi facul-

Opere, cui titulus „Le Christianisme „ dévoilé, ou Examen des Principes „ et des Effets de la Religion Chre- „ tienne a Londres„ MDCCLXXV. cap. XIV. pag. 140. seq. haec scribere non veretur : „ Le Christianisme déclara toujours la guerre aux sciences et aux connoissances humaines; elles furent regardées comme un obstacle au „ salut ; *la science enfle*, dit un „ apôtre. Il ne faut ni raison, „ ni étude à des hommes qui „ doivent soummettre leur raison „ au joug de la foi. De l' aveu „ des chrétiens, les fondateurs de „ leur religion furent des hommes grossiers et ignorans : il „ faut que leurs disciples ne soient „ pas plus éclairés qu' eux . . . . „ On a toujours remarqué que les „ hommes les plus éclairés ne sont „ communément que de mauvais „ chrétiens. Indépendamment de „ la foi, que la science peut „ ébranler, elle détourne le chrétien de *l'oeuvre de salut*, qui „ est la seule véritablement nécessaire “. Et pag. 142. „ Si l' on „ doutoit de cette assertion, que „ l'on écoute ce que disent les „ premiers docteurs de l' église, „ on verra . . . . qué suivant un „ trés-grand nom-bre, nul homme „ ne doit étudier. „ Et in not. pag. 141. seq. subjecta : „ Le Pape „ S. Grégoire fit détruire, de son „ tems, un grand nombre de livres des payens. Des le commencemént du christianisme, „ nous voyons que S. Paul se fit „ apporter des livres, pour les „ faire brûler; méthode qui s'est „ toujours depuis pratiquée dans „ l'eglise. Les fondateurs du christianisme auroiént dû défendre, „ sous peine de damnation, de „ jamais apprendre á lire . . . . Si „ l' on doutoit de la haine ou du „ mépris des peres de l' église „ pour les sciences, on en trouvera les preuves dans les passages suivans. S. Jérôme dit : „ ***Géometria, arithmetica, musica, „ habent in sua scientia veritatem, sed non ex scientia illa, „ scientia pietatis. Scientia pietatis est noscere scripturas, et intelligere prophetas, Evangelia credere, prophetas non ignorare.*** „ Vide ***Hieron. Ep. ad Titum.*** „ S. Ambroise dit : ***Quid tám absurdum quám de astronomia et geometria tractare, et profunda aeris „ spa-***

cultate, ac litterarum ſubſidio indigere hominem, cui ad Fidei decreta exigenda ratio ſit, quin immo illi optimarum artium cultum obeſſe. Nam primo ejus animum ab aeternae ſalutis, ad quam conatus omnes suos referre debeat, procuratione averti, deinde ex scientia, quam ſibi comparat, ut Paulus docet, inflari, postremo fidem in maximum discrimen adduci, cum veritates ratione duce partae, cum veritatibus, quas Christiana religio credendas proponit, consistere nullo modo possint. Haec porro experientia, quae rerum magistra dicitur, constare. Illos namque ex Christianis, qui eruditione, doctrinaque ceteris praestant, ut plurimum improbe, scelesteque vivere. Itaque Christum Dominum religionis suae praedicandae propagandaeque munus agrestibus, omnisque litteraturae expertibus viris detulisse, Apostolum Paulum in suis epistolis in Philoſophiam acriter invehi, auctoremque Colossensibus esse, ut ab ea sibi vehementer caveant, atque ab omnibus fere Ecclesiae Patribus humanas disciplinas aut damnari, aut deſpici. Hinc libros, qui ad religionem non pertinerent, a primis Christianae Fidei cultoribus flammis (16) traditos, neminem qui eru-

 di-

„ *spatia metiri, relinquere causas,* „ *salutis, errores quaerere*. Vide „ *S. Ambr. de Officiis, lib.* 1. S. „ Augustin dit: *Astrologia et geo-* „ *metria, et alia ejusmodi, ideó* „ *despecta sunt a nostris, quia ni-* „ *hil ad salutem pertinent*. Vide „ *S. Augustin. de ordinis disci-* „ *plina*"

(16) Consarcinatores Dictionarii Encyclopedici Paris. MDCCLI. Verb. *Bibliotheque* pag. 231. inquiunt: „ Les primiers Chrétiens „ occupés d'abord uniquement de „ leur salut, brûlerent tous les li- „ vres qui n'avoient point de „ rapport á la religion. *Actes des* „ *Apôtres*.

ditus, qui sapiens, qui prudens esset, Celso (17) teste in Christianam societatem receptum, et Christianos a Caecilio (18) studiorum rudes, profanosque litterarum appellatos. Hinc a Gregorio, qui Magnus dicitur, Mathematicos Pontificali aula expulsos, ejusque jussu Bibliothecam Palatinam, et Ciceronis, ac Livii operum exempla undique conquisita, quotquot reperiri potuerunt, incensa. Hinc demum a Zacharia Romano Pontifice (19) damnatum Virgilium, quod in terrae parte e regione nobis contra-

(17) Celsus apud Origenem libro 3. contra Celsum num. 44. Tom. 1. Opp. Origenis Edit. Paris. MDCCXXXIII. pag. 475. seq. de Christianis disserens. „ Haec „ sunt, *inquit*, eorum instituta : „ Nemo eruditus, nemo sapiens, „ nemo prudens ad nos accedat : „ haec enim mala apud nos existimantur. Sed si quis est ignarus, si quis insipiens, si quis „ stultus, is fidenter veniat. Quos „ homines cum suo Deo dignos „ esse ipsi fateantur, aperte declarant se nec velle, nec posse „ sibi conciliare alios, quam stolidos, ignobiles, stupidos, mancipia, mulierculas et puerulos “.

(18) Caecilius in Dialogo Minucii Felicis, qui Octavius inscribitur, Edit. Lugduni Batavorum an. 1652. pag. 4. „ Indignandum omnibus, indolescendumque est, audere quosdam, et „ hos studiorum rudes, litterarum profanos, expertes artium „ etiam sordidarum, certum aliquid de summâ rerum, ac majestate decernere, de quâ tot „ omnibus seculis sectarum plurimarum usque adhuc ipsa Philosophia deliberat “.

(19) Diderotus in Praefatione ad Encyclopediam, seu Dictionaire Raisonné des Sciences des Arts et des Métiers a Paris MDCCLI. pag. XXIV. haec habet : „ Un „ Tribunal devenu puissant dans „ le Midi de l' Europe..... condamna un célebre Astronome.... „ a peu-prés comme le Pape Zacharie condamné quelques siecles „ auparavant un Evêque, pour n'avoir „ pas pensé comme saint Augustin sur les Antipodes, et pour „ avoir deviné leur existence six „ cens ans avant que Christofe Colomb les découvrit “.

traria existere homines, qui adversis vestigiis starent contra nostra, defenderet. Haec Increduli, quae etsi tam infirma sint, ut neminem movere possint, ea tamen confutare non est inutile, quo clarius intentatae ab illis Christianae religioni accusationis iniquitas perspiciatur.

III. Igitur Increduli, ut, quo cupiunt, perveniant, illud sibi ad demonstrandum proponunt, naturalium disciplinarum cognitionem non modo supervacaneam Christiano esse, verum etiam prorsus noxiam. Quod quidem cum faciunt, quam acuti Dialectici sint, ostendunt. Nam, eo etiam concesso, nihilo magis efficerent, quod vellent. Quamquam enim Christiano supervacanea, ac prorsus noxia esset naturalium disciplinarum cognitio, tamen necesse esset illas addiscere, ut rite condemnari possent. Qua ratione Clemens Alexandrinus libro primo Stromatum illos sapienter refellit, qui Christianos a Philosophiae studio abducere conantur. Sic autem habet (20): „ Etiamsi sit inutilis Philosophia, tamen si inutilem eam confirmare est utile, jam utilis est. Deinde nec iis licet Graecos condemnare, quibus in eorum decretis nil ultra nudas voces perceptum est, priusquam ea sigillatim, atque intime explorata atque cognita habuerint. Est enim ea refutatio fide dignissima, quae sequitur experientiam: quippe cum eorum, quae condemnaveris, certa cognitio perfectissimae demonstrationis loco erit. „ Et libro sexto idem argumentum premens (21): „ Bonum quidem est, *inquit*, scire omnia: cui autem im-

(20) Strom. lib. I. num. II. pag. 327. Edit. Opp. ejusd. Oxonii e Theatro Sheldoniano Ann. MDCCXV.

(21) Strom. lib. VI. num. XVIII. pag. 825.

Digitized by Google

„ imbecillus est animus ad multarum disciplinarum su„ scipiendam peritiam, ea sola eliget, quae sunt praecipua „ et meliora. Nam quae est revera scientia, quam dici„ mus solum Gnosticum habere, est stabilis comprehensio „ per veras ac stabiles rationes deducens ad causae cogni„ tionem. Qui habet autem scientiam ejus, quod verum „ est in re aliqua, quaecumque ea sit, in eadem ha„ bet etiam ejus, quod falsum est, scientiam. Illud ergo „ mihi recte se habere videtur, si sit philosophandum: „ hoc ipsum enim consequitur. Sed etsi non philosophan„ dum: (nemo enim condemnabit aliquem, si non prius „ hoc noverit.) Est ergo philosophandum ".

IV. Verum ecquis unquam Incredulis dederit non dicam noxiam (est enim id nimium) sed supervacaneam esse Christiano illarum disciplinarum cognitionem, qua ex Christianis qui caret, scire quidem potest (22) *quid homo cre-*

(22) S. Augustinus De Trinitate lib. XIV. cap. 1. num. 3. Opp. ejusd. Tom. VIII. Edit. Venet. MDCCXXXIII. col. 948. „ Secundum hanc distinctionem qua „ dixit Apostolus, *Alii datur ser„ mo sapientiae, alii sermo scien„ tiae*, ista definitio dividenda est, „ ut rerum divinarum scientia pro„ prie sapientia nuncupetur, hu„ manarum autem proprie scientiae „ nomen obtineat: de qua volumi„ ne tertio-decimo disputavi, non „ utique quidquid sciri ab homine „ potest in rebus humanis, ubi „ plurimum supervacaneae vanita„ tis et noxiae curiositatis est, „ huic scientiae tribuens, sed il„ lud tantummodo quo fides salu„ berrima, quae ad veram beati„ tudinem ducit, gignitur, nutri„ tur, defenditur, roboratur: qua „ scientia non pollent fideles plu„ rimi, quamvis polleant ipsa fide „ plurimum. Aliud est enim sci„ re tantummodo quid homo cre„ dere debeat propter adipiscendam „ vitam beatam, quae non nisi „ aeterna est: aliud autem scire „ quemadmodum hoc ipsum et piis „ opi-

44.

credere debeat propter adipiscendam vitam beatam; quomodo autem *hoc ipsum et piis opituletur, et contra impios defendatur*, scire non potest? Ut enim praeclare scribit Clemens Alexandrinus primo Stromatum libro (23) „ quemadmodum „ vel sine litteris fidelem posse esse dicimus , ita quae in „ fide dicuntur non posse intelligere eum , qui non est „ doctus , confitemur . Quae enim bene dicuntur admit- „ tere , aliena autem non admittere , non simplex fides , „ sed ea demum , quae cum doctrina juncta est , efficit . „ Quod si ignorantia , imperitia , simul et inscitia , re- „ rum divinarum et humanarum scientiam aeque affert ac „ doctrina : at quemadmodum in egestate licet recte vi- „ vere , ita et etiam licet in abundantia; quin et facilius „ simul et celerius disciplinis liberalibus institutum posse „ aliquem virtutem assequi confitemur : quae tamen non „ est ejusmodi , ut sine iis capi non possit ; sed tunc quo- „ que ab iis , qui didicerunt , et sensus habent exercita- „ tos . *Odium enim* , inquit Salomon , *excitat contentio , vias* „ *autem vitae custodit disciplina* ; ut non decipiamur , ne- „ que circumveniamur ab iis , qui ad auditorum perni- „ ciem , improbam artem exercuerunt : *Disciplina autem* „ *vagatur* , inquit , *inconfutabilis* . Oportet itaque arguen- „ di et refellendi genus persequi , ut Sophistarum fallaces „ refellamus opiniones “ . Et sane quonam modo sacra Biblia , egregiaque Patrum volumina , a quibus ut a fontibus Christianae religionis doctrina est haurienda , penitus intelligere potest , qui externas linguas Hebraicam prae-

„ opituletur , et contra impios de- „ fendatur , quam proprio appella- „ re vocabulo scientiam videtur „ Apostolus “ .

(23) Strom. lib. I. num. VI. pag. 336. seq.

praesertim et Graecam non calleat, qui regulas accurate percipiendi non teneat, qui argumentorum praecepta non attigerit? Quo pacto Opera sincera et incorrupta a suppostitiis vitiatisque discernere, verasque narrationes a fictis distinguere, qui Criticae artis subsidio careat? Qua ratione quae de fossilibus, de plantis arboribusque, de animantibus, de astris, de terrarum orbis descriptione, de supremo numine, de angelis, de homine ejusque officiis, de virtutibus ac vitiis, de imperiorum ac regnorum ortu et occasu, deque aliis sexcentis, sive a divinis Scriptoribus, sive ab Ecclesiae Patribus traduntur, percipere, qui Physicam, qui Mathesin, qui Metaphysicam, qui Ethicam, qui Historiam neglexerit? Quomodo demum captiosa religionis hostium sophismata dissolvere, quaeque ad divinorum librorum auctoritatem labefactandam et capitalia Christianae institutionis pronunciata evertenda afferunt, explicare, qui Dialecticam, ceterasque humanae rationis disciplinas, quibus nefarii homines impie abutuntur, non (24) audierit?

V. Quamobrem tantum abest, ut earum cognitio Christiano nihil adjumenti afferat, ut sit etiam omnibus, qui Christianam religionem profitentur, perutilis, illis vero, quibus ejusdem doctrinae tradendae, propagandae, tuendaeque munus incumbit, omnino necessaria

(24) Vide cl. v. Fr. Thomae Mariae Mamachii Ord. Praed. tunc in Collegio Urbano de Propaganda Fide Philosophiae Lectoris, nunc vero S. P. A M. Orationem *De ratione tradendae Philosophiae designatis Orthodoxae Religionis Propagatoribus* habitam in eodem Collegio XVI. Kalendas Decembres MDCCXLIII. impressamque Romae MDCCXLIV.

Digitized by Google

ria. Nam „ beatus Apostolus Paulus, *ut S. Hilarii Picta-*
„ *vienſis Episcopi libro octavo de Trinitate* (25) *verbis utar*,
„ formam constituendi Episcopi ſingens, et plane novum
„ Ecclesiae hominem praeceptis suis condens, hanc velu-
„ ti summam consummatarum in eo virtutum esse docuit
„ dicens, *Obtinentem secundum doctrinam fidei verbum, ut po-*
„ *tens sit exhortari ad doctrinam sanam, et contradicentes re-*
„ *vincere. Sunt enim multi et non subditi, vaniloqui et se-*
„ *ductores*. Ita enim quae propria disciplinae ac morum
„ sunt, ad sacerdotii meritum utilia esse significat, si
„ etiam haec, quae ad docendae ac tuendae fidei scien-
„ tiam necessaria sunt, inter reliqua non deerunt: quia
„ NON STATIM boni atque utilis Sacerdotis est, aut tan-
„ tummodo innocenter agere, aut tantummodo scienter
„ praedicare: cum et innocens sibi tantum proficiat,
„ nisi doctus sit; et doctus sine doctrinae sit auctoritate,
„ nisi innocens sit. Non enim apostolicus sermo probita-
„ tis, honestatisque praeceptis hominem tantum seculo
„ conformat ad vitam, neque rursum per docrinae scien-
„ tiam Scribam Synagogae instituit ad legem: ſed perfe-
„ ctum Ecclesiae principem perſectis maximarum virtu-
„ tum bonis instituit, ut et VITA EJUS ornetur docendo,
„ et doctrina vivendo. Denique ipsum illum, ad quem ei
„ sermo erat, Titum istiusmodi decreto consummandae
„ religionis instruxit: *In omnibus te ipsum bonorum factorum*
„ *praebens exemplum, docentem cum veneratione verbum sanum*
„ *irreprehensibile; ut adversarius revereatur, nihil habens tur-*
„ *pe aut malum de nobis dicere*. Non ignoravit doctor hic
„ gentium, et, ex conscientia loquentis atque habitan-

C „ tis

(25) Lib. VIII. num. 1. Edit. Paris. MDCXCIII. col. 945. seqq.

„ tis in se Christi, Ecclesiae electus magister, morbidi
„ eloquii grassatura esse contagia, et adversum sanita-
„ tem verborum fidelium desaevituram docrinae pestiferae
„ corruptionem, quae impiae intelligentiae suae luem
„ usque ad ipsam sedem animae demergens, profundo
„ serperet malo. Ex his enim ait, *Quorum ſermo ut cancer*
„ *serpit*, latenti semper, subrepentique contagio sanita-
„ tem pervasae mentis inficiens. Ob quod sani sermonis
„ in Episcopo voluit esse doctrinam, fidei conscientiam,
„ et exhortationum scientiam, adversus impias et men-
„ daces et vesanas contradictiones obtinentem. Multi
„ enim sunt, qui simulantes fidem non subditi sunt fidei,
„ sibique fidem ipsi potius constituunt, quam accipiunt,
„ sensu humanae inanitatis inflati, dum quae volunt sa-
„ piunt, et nolunt sapere quae vera sunt: cum sapientiae
„ haec veritas sit, ea interdum sapere quae nolis. Sequi-
„ tur vero hanc voluntatis sapientiam, sermo stultitiae:
„ quia necesse est quod stulte sapitur, stulte et praedi-
„ cetur. Jam vero stulta praedicatio quantum malum
„ est audientium, cum seducuntur in sententiam stulti-
„ tiae sub opinione sapientiae? Et idcirco Apostolus hunc
„ de his ordinem tenuit dicens, *Sunt enim multi et*
„ *non subditi, vaniloqui et seductores*. Contradicendum ita-
„ que est, et impietati insolenti, et insolentiae vanilo-
„ quae, et vaniloquio seducenti: et contradicendum per
„ doctrinae sanitatem, per fidei veritatem, per verborum
„ sinceritatem; ut et sinceritas veritatis sit, et veritas
„ sanitatis (26)". VI. At

(26) Eadem fere habent ceteri Patres, a quibus indicata S. Pauli ad Titum verba exponuntur. Ut alios omittam, S. Joannes Chryso-

VI. At enim Christianus ad fidei decreta rationem exigat, oportet. Fateor. Hoc enim sacrae litterae praecipiunt (27), hoc Patres omnes inculcant, hoc ipsa hu-

 ma-

sostomus in Epistolam ad Titum Homil. II. num. 2. Edit. Paris. MDCCXXXIV. Tom. XI. Opp. ejusdem p. 739. seq. haec scribit: „ *Ut potens sit exhortari in doctrina sana*, id est, ad suorum „ custodiam, ad eversionem inimicorum, *Et eos qui contradicunt arguere*. Nisi enim hoc fuerit, omnia pessum eunt. Nam „ qui adversus hostes pugnare nescit, et captivare omnem intelligentiam in obedientiam Christi, et ratiocinia confutare: qui „ non scit ea quae de recta fide docere oportet, is procul sit a throno doctrinae Nam cetera etiam „ in subditis reperire est; nempe „ quod sint sine crimine, quod „ filios habeant subditos, quod sint „ hospitales, justi, sancti. Quod „ vero maxime doctorem exprimit, hoc est, quod possit verbis instituere, cujus rei nunc „ cura nulla habetur. *Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui et seductores, maxime qui de circumcisione sunt, quos oportet redargui*. Viden' quomodo ostendat undenam hujusmodi sint? „ Quod nolint obsequi, sed imperare: hoc enim subindicavit. „ Cum ergo persuadere non potueris, hos ne ordinaveris, sed silentium impone ad aliorum utilitatem; „ quod enim lucrum si non pareant „ vel si etiam inobedientes sint? „ Cur illis silentium est imponendum? Ut hinc ceteri utilitatem „ decerpant. *Qui universas domos subvertunt, docentes quae non oportet, turpis lucri gratia*. Nam „ si is doctrinam susceperit, non „ potest cum illis concertare, neque illis os obstruere sic impudenter agentibus, pereuntium „ singulorum damni causa ipse erit. „ Si enim quidam hortatur dicens: „ *Ne quaeras fieri judex, nisi possis tollere injustitiam*; multo magis hic dicas, Ne quaeras magister fieri, si longe abes a tali „ diguitate, sed etiam si traharis, „ resili. Vidēsundique pecuniae et „ turpis lucri cupiditatem horum „ esse causam? Docentes, inquit, „ quae non oportet, turpis lucri „ gratia".

(27) Vide Petri Danielis Huetii Episcopi Abrincensis Alnetanas Quaestio-

manae rationis infirmitas, atque imbecillitas persuadet. Itaque Socinianorum, qui fidei decreta humana ratione metienda esse delirant, furiosa opinio explosa a Christianis omnibus jamdudum fuit. Quid igitur? Num idcirco a Christianis naturales disciplinae ut inanes, futilesque repudiandae sunt? Nihil minus. Etenim rerum humanarum scientia, *fides saluberrima, quae ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur*, ut S. Augustinus libro decimoquarto de Trinitate (28) scribit. Nam argumentis ex disciplinis naturalibus ductis adducuntur, et quasi praeparantur ad fidem qui ab ea sunt alieni, confirmantur, qui fidem susceperunt; et ea, quae fidem oppugnant, vana esse omnia captiosasque ostenditur. " Do-
„ na gratiarum, *opportune ad rem, inquit S. Thomas* (29), hoc
„ modo naturae adduntur, quod eam non tollunt, sed
„ magis perficiunt: unde et lumen fidei quod nobis gra-
„ tis infunditur, non destruit lumen naturalis cognitionis
„ nobis naturaliter inditum. Quamvis autem naturale
„ lumen mentis humanae sit insufficiens ad manifestatio-
„ nem eorum quae per fidem manifestantur, tamen im-
„ possibile est quod ea quae per fidem nobis traduntur
„ divinitus, sint contraria his quae per naturam nobis
„ sunt indita: oporteret enim alterum esse falsum: et
„ cum utrumque sit nobis a Deo, Deus esset nobis author
fal-

stione *De concordia Rationis et Fidei*, Lamindum Pritanium, sive Ludovicum Antonium Muratorium *De ingeniorum moderatione in Religionis negotio*, praesertim lib. 1. cap. XI., et Teologos, qui Socinianos confutarunt.

(28) Consulito S. Augustini testimonium not. 22. descriptum.

(29) Opusculo LXX. quest. II. art. III. Opp. ejusd. Edit. Rom. MDLXX. T. XVII. fol. 120.

„ falsitatis, quod est impossibile: sed magis cum in imperfe-
„ ctis inveniatur aliqua imitatio perfectorum, quamvis
„ imperfecta in his quae per naturalem ractionem cogno-
„ scuntur, sint quaedam similitudines eorum quae per
„ fidem tradita sunt. Sicut autem sacra doctrina funda-
„ tur super lumen fidei, ita philosophia super lumen
„ naturale rationis: unde impossibile est quod ea quae
„ sunt philosophiae, sint contraria eis quae sunt fidei,
„ sed deficiunt ab eis. Continent tamen quasdam simi-
„ litudines eorum, et quaedam ad ea praeambula sicut
„ natura praeambula est ad gratiam. Si quid autem in di-
„ ctis philosophorum inveniatur contrarium fidei, hoc
„ non est philosophiae, sed magis philosophiae abusus
„ ex defectu rationis. Et ideo possibile est ex principiis
„ philosophiae hujusmodi errorem refellere vel ostenden-
„ do omnino esse impossibile, vel non esse necessarium.
„ Sicut enim ea quae fidei sunt, non possunt demonstra-
„ tive probari, ita quaedam contraria his non possunt
„ demonstrative ostendi esse falsa, sed potest ostendi non
„ esse ea necessaria. Sic igitur in sacra doctrina philo-
„ sophia possumus tripliciter uti. Primo ad demonstran-
„ dum ea quae sunt praeambula fidei, quae necessaria
„ sunt in fidei scientia, ut ea quae naturalibus rationibus
„ de Deo probantur, ut Deum esse, Deum esse unum,
„ et hujusmodi, vel de Deo, vel de creaturis in philosophia
„ probata quae fides supponit. Secundo ad notificandum
„ per aliquas similitudines ea quae sunt fidei, sicut Au-
„ gustinus in libro de Trinitate utitur multis similitudini-
„ bus ex doctrinis philosophicis sumptis ad manifestandam
„ Trinitatem. Tertio ad resistendum his quae contra fi-
„ dem

„ dem dicuntur sive ostendendo esse falsa, sive ostenden„ do non esse necessaria ". Ex quo igitur Christianus ad fidei normam rationem accomodare debeat, non sequitur ipsum neque ratiocinandi facultate, neque litterarum subsidio indigere.

VII. Illud autem, quod Increduli primo afferunt, ut naturalium disciplinarum cultum Christiano obesse evincant, tam ineptum est, ac leve, ut contemnendum potius, quam confutandum videatur. Nam, si Mechanicarum artium professio non impedit, quominus is, qui eas exercet, omni cogitatione in aeternam salutem incumbat, litterae impedient? Etenim quod aliquibus detrimento sint, sive quia perversum ad illas animum afferant, sive quia necessaria Christianae vitae officia praetermittant, haec hominum vitia sunt, non litterarum, quarum studium modo in Deum referatur, ut referri et potest, et debet, atque ea, qua convenit, ratione tractetur, homini ad sempiternam felicitatem assequendam adjumento est, non impedimento. Qua de re illustris est S. Bernardi Sermone trigesimo sexto in Cantica Canticorum (30) locus. Est autem hujusmodi: " Videar forsitan nimius in „ sugillatione scientiae, et quasi reprehendere doctos, „ ac prohibere studia litterarum. Absit. Non ignoro quan„ tum Ecclesiae profuerint et proſint litterati sui, sive „ ad refellendos eos, qui ex adverso ſunt, sive ad sim„ plices instruendos. Denique legi, *Quia tu repulisti scien„ tiam, repellam et ego te, ut non fungaris mihi sacerdotio*. „ Legi, *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firma„ menti; et qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellae in*

„per-

(30) Serm.XXXVI.n.2.Cpp. ejusd.Edit.Paris.MDCCXIX.col.1403.seq.

„ *perpetuas aeternitates*. Sed..... et Apostolus ajebat: *Di-* „ *co autem per gratiam, quae data est mihi, omnibus, qui* „ *sunt inter vos, non plus sapere quam oportet sapere, sed sa-* „ *pere ad sobrietatem*. Non prohibet sapere, sed plus sa- „ pere quam oportet. Quid est autem *sapere ad sobrieta-* „ *tem*? Vigilantissisime observare, quid scire magis, priu- „ sve oporteat. Tempus enim breve est. Est autem, quod „ in se est, omnis scientia bona, quae tamen veritate „ subnixa sit: sed tu, qui cum timore et tremore tuam „ ipsius operari salutem pro temporis brevitate festinas, „ ea scire potius, ampliusque curato, quae senseris vici- „ niora saluti. Nonne medici corporum medicinae por- „ tionem diffiniunt eligere in sumendis cibis, quid prius, „ quid posterius, et ad quem modum quidque sumi opor- „ teat? Nam etsi bonos constat esse cibos, quos Deus „ creavit; tu tamen ipsos tibi, si in sumendo modum „ et ordinem non observes, reddis plane non bonos. „ Ergo quod dico de cibis, hoc sentite et de scientiis. „ Sed melius mitto vos ad Magistrum. Non est enim „ nostra ista sententia, sed illius; immo et nostra, quo- „ niam veritatis. *Qui se*, inquit, *putat aliquid scire, non-* „ *dum scit, quomodo oporteat eum scire*. Vides quoniam non „ probat multa scientem, si sciendi modum nescierit. Vides „ inquam, quomodo fructum et utilitatem scientiae in modo „ sciendi constituit? Quid ergo dicit modum sciendi? quid? „ nisi ut scias, quo ordine, quo studio, quo fine, „ quaeque nosse oporteat? Quo ordine; ut id prius quod „ maturius ad salutem: quo studio; ut id ardentius quod „ vehementius ad amorem: quo fine; ut non ad inanem „ gloriam; aut curiositatem, aut aliquid simile, sed tan- „ tum

„ tum ad aedificationem tuam vel proximi . Sunt nam„ que qui scire volunt eo fine tantum , ut sciant , et „ turpis curiositas est . E sunt qui scire volunt , ut „ sciantur ipsi : et turpis vanitas est . Qui profecto non „ evadent subsannantem Satyricum : et ei , qui ejusmodi „ est , decantantem : Scire tuum nihil est , nisi te scire „ hoc sciat alter . Et sunt item qui scire volunt , ut „ scientiam suam vendant , verbi causa pro pecunia , „ pro honoribus : et turpis quaestus est . Sed sunt quo„ que qui scire volunt, ut aedificient: et caritas est “. Haec S.Bernardus, ex quibus quam sit inanis proposita Incredulorum objectio intelligitur .

VIII. Nec majoris ponderis est quod ex illis Apostoli verbis (31): *Scientia inflat*, conficiunt. Principio enim ut Melchior (32) Canus, gravissimus, idemque eloquentismus Theologus animadvertit „ non . . . magis scientiam „ hic damnat Apostolus , quam opes, regna , pulchritu„ dinem, vires, abstinentiam, virginitatemque damna„ ret is , qui haec omnia inflare testaretur . *Deinde* „ Clemens (33) Alexandrinus secundo Stromatum libro „ de illis hoc exponit , qui se sapientes existimant, „ cum tamen superbi sint, nihil revera scientes, sed lan„ guentes circa quaestiones . Quae intelligentia ex eo „ probabilior efficitur , quod statim Apostolus subdit, „ Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum co„ gno-

(31) Epist. I. ad Corint. cap. VIII. ver. 1.

(32) De locis Theologicis libro nono Cap. XI. in Respons. ad 4. Edit. Patav. MDCCXXXIV. p. 267.

(33) Strom. lib. II. num. XI. pag. 454. Edit. cit. „ Sed eorum „ quidem, qui se sapientes existi„ mant , sive sint barbarae haere„ ses, sive Graecorum philosophi, „ *inflat scentia*, ex sententia Apo„ stoli „.

„ gnovit, quemadmodum oporteat eum scire. Non itaque vera scientia inflat, sed quae videtur esse, nec tamen est, ea inflat. At septimo Stromatum libro (34) „ nove exponit inflare, pro eo, quod est, facere ut „ magnifice sentiant, qui eam habuerint „ Postremo cum Apostolus e vestigio subdat, *caritas vero aedificat*, scientia, quae a caritate separata sit, inflari hominem,

D non

(34) Lib.VII.n.XVI.p.896.seq. „ Verum *non est omnium cognitio*. „ *Nolo* enim *vos ignorare*, *fratres*, „ inquit Apostolus, *quod omnes sub* „ *nube erant*, *et spiritalis cibi et* „ *potus erant participes*, aperte con- „ firmans,non omnes qui Verbum au- „ diunt,facto et verbo cepisse magni- „ tudinem cognitionis. Unde etiam „ subjunxit: *Sed non in eis omnibus* „ *est complacitum*. Cuinam? Ei qui „ dixit: *Quid mihi dicitis*, *Domi-* „ *ne*, *et non facitis voluntatem patris* „ *mei*, hoc est doctrinam Servato- „ ris; quae nobis cibus spiritalis, „ et potus qui nescit sitim; aqua „ vitae Gnosticae. Atqui, inquiunt, „ dicitur *inflare cognitio*. Quibus „ respondemus: Fortasse quidem „ quae videtur cognitio *inflare* di- „ citur, si quis existimet dictio- „ nem idem sibi velle quod tumefa- „ cere et insolentem reddere: sin „ autem, quod potius dicendum „ est, magnifice et vere sentire si- „ gnificat vox Apostoli, solutum „ quidem est id, de quo dubita- „ tur. Sequentes autem scripturas „ confirmemus quod dictum est. „ *Sapientia*, inquit Salomon, *in-* „ *flavit suos filios*. Non enim qui- „ busdam doctrinae particulis, fa- „ stum et arrogantiam ingeneravit „ Dominus, sed in veritate habere „ fiduciam, et esse magnificum in „ cognitione quae traditur per scri- „ pturas, efficit contemptorem eo- „ rum, quae trahunt ad peccatum; „ quod significat dictio *Inflavit*. „ Quae docet magnificentiam sa- „ pientiae, quae implantatur iis, „ qui sunt per doctrinam filii. Jam „ vero inquit Apostolus: *Et cogno-* „ *scam non sermonem eorum*, qui „ *sunt inflati*, *sed virtutem*, an ma- „ gnifice (quod quidem est vere: „ veritate autem nihil est majus) „ scripturas intelligatis. In hoc „ enim est *virtus filiorum inflato-* „ *rum sapientiae*. Quasi dicat: Sciam „ an de vestra cognitione jure vos „ magnifice sentiatis „.

Digitized by Google

non scientia, cui moderetur caritas, declarat. Itaque S. Augustinus (35) sermone ducentesimo septuagesimo. „ Quid, „ *ait*, est *scientia inflat*? Scientia damnata est? Si inflat „ melius imperiti remanebimus. Sed quoniam adjunxit, „ *Caritas vero aedificat*; quomodo ubi adjunxit, *Spiritus* „ *autem vivificat*; dedit intelligi, littera sine spiritu occidit, cum spiritu vivificat, et impleri litteram facit, sic „ scientia sine caritate inflat, caritas cum scientia aedifi- „ cat. „ Et sermone trecentesimo quinquagesimo quar- „ to (36): *Scientia*, ait Apostolus, *inflat*. Quid ergo? Scien- „ tiam fugere debetis, et electuri estis nihil scire po- „ tius, quam inflari? Ut quid vobis loquimur, si me- „ lior est ignorantia quam scientia? Ut quid vobis di- „ sputamus? Ut quid ista distinguimus? Ut quid quod „ nostis admonemus, quod non nostis inferimus, si „ scientia cavenda est, ne inflet? Ergo amate scientiam „ sed anteponite caritatem. Scientia si sola sit, inflat. „ Quia vero *caritas aedificat*, non permittit scientiam „ inflari. Ibi ergo inflat scientia, ubi caritas non aedi- „ ficat: ubi autem aedificat, solidata est. Non est ibi „ inflatio, ubi petra est fundamentum. „ Praeiverant autem S. Augustino, S. Irenaeus Lugdunensis Episcopus et Martyr, et S. Joannes Chrysostomus. Ex quibus ille libro secundo contra haereses, capite vigesimo sexto (37), „ „ Melius est . . . et utilius, *ait*, idiotas et parum scien- „ tes existere, et per caritatem proximum fieri Deo, „ quam

(35) Serm. CCLXX. num. 3. Edit. cit. Tom. V. col. 1099.

(36) Serm. CCCLIV. Cap. VI. num. 6. Tom. V. col. 1377.

(37) Lib. II. Cap. XXVI. num. 1. Edit. Venet. MDCCXXXIV. Tom. I. pag. 154.

„ quam putare multum scire, et multa expertos in suum „ Deum blasphemos inveniri, alterum Deum Patrem fabricantes. Et ideo Paulus clamavit: *Scientia inflat*, „ *caritas autem aedificat*; non quia veram scientiam de „ Deo culparet, alioquin seipsum primum accusaret: „ sed quia sciebat quosdam sub occasione scientiae elatos excidere a dilectione Dei, et ob hoc opinari seipsos esse perfectos, imperfectum autem Demiurgum introducentes, abscidens eorum ob hujusmodi scientiam supercilium ait: *Scientia inflat*, *caritas autem aedificat*. „ Hic autem Homilia vigesima in Epistolam primam ad Corinthios (38): „ Cum, *inquit*, „ dixisset: *Scientiam habemus*, subjunxit, *Scientia inflat*, „ *caritas autem aedificat*. Quare? quando fuerit sine caritate, extollit ad insolentiam.... neque caritas, inquit, absque scientia habet aliquid lucri. Sed non hoc „ dixit: sed id tanquam certum et de quo constet relinquens, ostendit hoc illo valde egere. Nam qui diligit, seu qui habet caritatem ut qui impleat mandatum omnium praestantissimum, etiam si quaedam „ habeat deficientia, cito fruetur scientia propter caritatem sicut Cornelius, et alii multi. Qui autem habet scientiam, non habet autem caritatem, non solum nihil adsumet, sed etiam ab ea, quam habet, excidet saepe incidens „ in superbiam et arrogantiam. Quamobrem scientia „ quidem non est efficiens caritatis, sed contra eum, „ qui non attendit, ab ea abscindit, ut quae inflet et „ extollat. Etenim dividere solet arrogantia: caritas

(38) Homil. XX. Opp. ejusd. Edit. Lugdun. MDCLXXXVII. To. IV. pag. 196.

„ autem et conciliare, et adducere ad scientiam. Quod „ quidem etiam significans dicebat; *Si quis autem diligit* „ *Deum, is cognitus est ab ipso*. Quamobrem non hoc, „ inquit, prohibeo, nempe perfectam habere scientiam „ sed eam habere cum caritate, hoc jubeo: alioqui ni- „ hil inde lucri, sed noxia (39) „

IX. Tertii autem argumenti conclusio, cum ex falso principio ducatur, jaceat necesse est. Ex falsis enim verum effici non potest. Veritates autem, quas natura duce percipimus, cum veritatibus nobis divinitus traditis pugnare, falsum est. Nam, ut acute ratiocinatur S. Thomas (40), „ Ea . . . quae naturaliter rationi sunt insita: „ verissima esse constat, intantum ut nec ea esse falsa „ sit possibile cogitare: nec id quod fide tenetur, cum „ tam evidenter divinitus confirmatum sit, fas est cre- „ dere esse falsum, Quia igitur solum falsum vero con- „ trarium est, ut ex eorum diffinitionibus inspectis ma- „ nifeste apparet, impossibile est illis principiis, quae „ ratio naturaliter cognoscit, praedictam veritatem fidei „ contrariam esse. Item. Illud idem quod inducitur in „ animam discipuli a docente, doctoris scientia continet, „ nisi doceat ficte, quod de Deo nefas est dicere. „ Principiorum autem naturaliter notorum cognitio no- „ bis divinitus est indita, cum ipse Deus sit author no- „ strae naturae. Haec ergo principia etiam divina sa- „ pientia continet: quicquid igitur principiis hujusmodi „ con-

(39) Confer Haymonem Episcopum Halberstatensem, Attonem Episcopum Vercellensem, S. Thomam, et alios ad eadem Apostoli verba.

(40) Summae contra Gentiles lib. 1. Cap. VII. Edit. cit. fol. 6., seq.

„ contrarium est , est divinae sapientiae contrarium : „ non igitur a Deo esse potest . Ea igitur, quae ex re- „ velatione divina per fidem tenentur, non possunt na- „ turali cognitioni esse contraria . Adhuc . Contrariis „ rationibus intellectus noster ligatur , ut ad veri cogni- „ tionem procedere nequeat ; si igitur contrariae co- „ gnitiones nobis a Deo immitterentur, ex hoc a verita- „ tis cognitione intellectus noster impediretur , quod a „ Deo esse non potest. Amplius. Ea , quae sunt natu- „ ralia , mutari non possunt, natura manente : contra- „ riae autem opiniones simul eidem inesse non possunt; „ non igitur contra cognitionem naturalem aliqua opi- „ nio , vel fides homini a Deo immittitur. „ Hinc S. Augustinus Epistola centesima quadragesima tertia (41) „ Si... „ ratio contra divinarum scripturarum auctoritatem red- „ ditur , quamlibet acuta sit , fallit verisimilitudine ; „ nam vera esse non potest. Rursus si manifestissimae „ certaeque rationi velut scripturarum sanctarum objici- „ tur auctoritas ; non intelligit qui hoc facit, et non scri- „ pturarum illarum sensum , ad quem penetrare non po- „ tuit, sed suum potius objicit veritati : nec quod in „ eis , sed quod in seipso velut pro eis invenit, oppo- „ nit „ Igitur cum seculo decimo sexto ab aliquibus impotenti ingenio hominibus catholica de humani animi natura , et immortalitate dogmata tanquam a principiis Philosophiae aliena temere oppugnarentur , Leo X. Pontifex Maximus de Patrum Concilii Lateranensis quinti sententia insignem eorum imperitiam, insaniamque gravissimo

(41) Epist. CXLIII. num. 7. Tom. II. col. 466.

simo hoc decreto (42) compreſsit: „ Cum diebus nostris
„ (quod dolenter referimus) zizaniae seminator, anti-
„ quus humani generis hostis, nonnullos perniciosissi-
„ mos errores a fidelibus semper explosos in agro Domini
„ superseminare et augere sit ausus, de natura praeser-
„ tim animae rationalis, quod videlicet mortalis sit,
„ aut unica in cunctis hominibus; et nonnulli temere
„ philosophantes, secundum saltem philosophiam verum
„ id esse asseverent: contra hujusmodi pestem opportu-
„ na remedia adhibere cupientes, hoc sacro approbante
„ concilio damnamus et reprobamus omnes asserentes
„ animam intellectivam mortalem esse, aut unicam in
„ cunctis hominibus; et haec in dubium vertentes: cum
„ illa non solum vere per se et essentialiter humani cor-
„ poris forma existat, sicut in canone felicis recordatio-
„ nis Clementis Papae V. praedecessoris nostri in generali
„ Viennensi concilio edito continetur, verum et immor-
„ talis, et pro corporum quibus infunditur, multitudine
„ singulariter multiplicabilis, et multiplicata, et multi-
„ plicanda sit. Quod manifeste constat ex Evangelio,
„ cum Dominus ait: *Animam autem occidere non possunt*.
„ Et alibi: *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam*
„ *aeternam custodit eam*. Et cum aeterna praemia et aeterna sup-
„ plicia pro merito vitae judicandis repromittit: alias incar-
„ natio et alia Christi mysteria nobis minime profuissent,
„ nec resurrectio expectanda foret, ac sancti et justi misera-
„ biliores essent, juxta Apostolum, cunctis hominibus.
„ Cumque verum vero minime contradicat, omnem asser-
tio-

(42) Collectionis Conciliorum Edit. Venet. ann. MDCCXXXIII. Tom. XIX. col. 842.

Digitized by Google

„ tionem veritati illuminatae fidei contrariam, omnino „ falsam esse definimus, et ut aliter dogmatizare non „ liceat, districtius inhibemus: omnesque hujusmodi er„ roris assertionibus inhaerentes veluti damnatissimas hae„ refes seminantes, per omnia, ut detestabiles et abomi„ nabiles haereticos et infideles, catholicam fidem labefa„ ctantes, vitandos, et puniendos fore decernimus. Insuper „ omnibus et singulis philosophis in universitatibus studio„ rum generalium, et alibi publice legentibus, districte prae„ cipiendo mandamus, ut cum philosophorum principia „ aut conclusiones, in quibus a recta fide deviare noscun„ tur, auditoribus suis legerint, seu explanaverint, „ quale hoc est de animae mortalitate aut unitate, et „ mundi aeternitate, ac alia hujusmodi, teneantur eis„ dem veritatem religionis Christianae omni conatu mani„ festam facere, et persuadendo pro posse docere, ac „ omni studio hujusmodi philosophorum argumenta, cum „ omnia solubilia existant, pro viribus excludere atque „ resolvere. „

X. Quae cum ita sint, jure ac merito Clemens Alexandrinus eos irridet, qui metuunt, ne ex Philosophiae cognitione aliquid detrimenti fides capiat. Cum enim a Gnostico ex unaquaque disciplina id, quod confert ad veritatem, sumendum esse ostendisset, subdit (43): „ Multi autem „ non secus ac pueri larvas, timent Graecam Philoso„ phiam, dum verentur ne eos abducat. Sed si talis est apud „ eos fides (non dixerim enim cognitionem) ut probabilita„ te orationis per eos dissolvatur fateantur se non esse habi-

(43) Stromat. lib. VI. num. X. pag. 780. seq.

Digitized by Google

„ bituros veritatem ; veritas enim , ut ajunt , est insupe-
„ rabilis , dissolvitur autem falsa opinio . Jam enim eli-
„ gimus purpuram per comparationem alterius purpurae.
„ Quare si quis fatetur se non habere cor recte forma-
„ tum , is non habet mensam argentariorum , sed
„ neque vim judicandi , scilicet rationem . Et quemad-
„ modum erit adhuc trapezita , qui non potest probare
„ et discernere probum nummum a falso et adulterino ?
„ Clamavit autem David : *In aeternum non commovebitur*
„ *justus* . Neque ergo fallaci oratione , neque falsa vo-
„ luptate : unde neque movebitur a sua haereditate . *Ab*
„ *auditione ergo mala non timebit* , Neque ergo ab inani
„ calumnia , sed neque a falsa opinione , quae eum cir-
„ cumstat : sed neque callidas pertimescet orationes ,
„ qui eas sic potest discernere , ut et ad interrogandum
„ recte , et ad respondendum sit paratus ; est enim Dia-
„ lectica , veluti vallus quidam ne veritas conculcetur a
„ Sophistis . Oportet enim eos *qui laudantur in sancto no-*
„ *mine Domini* , *ut vult Propheta* , *laetari corde quaerentes*
„ *Dominum* , *Quaerite ergo eum et confirmemini : quaerite fa-*
„ *ciem ejus perpetuo modis omnibus* . Nam cum *multifariam &*
„ *multis modis* sit locutus , non uno modo cognoscitur .
„ Non ergo ut his tanquam virtutibus utatur Gnosticus ,
„ habebit disciplinarum multarum cognitionem , sed
„ utens tanquam adjutricibus in communibus et propriis
„ discernendis admittet ad veritatem . Est enim omnis
„ erroris et omnis falsae opinionis causa non posse di-
„ scernere quanam ratione inter se conveniant ea , quae
„ sunt , et quanam ratione differant . Sin autem quis
„ diversa non persequatur distincta oratione , non ani-

„ mad-

Digitized by Google

„ madvertet se confundere communia et propria. Hoc „ autem si fiat, necesse est, ut incidatur in devia et „ errores. Nominum autem et rerum distinctio in ipsis „ quoque scripturis magnam lucem affert animis. Neces- „ se est enim exaudire et dictiones plura significantes, et „ plures, quando quid unum significant : unde etiam „ fit, ut recte respondeatur „.

XI. Jam quod additur, Christianos, qui naturalium disciplinarum cognitione ceteris antecellunt, ut plurimum alienam a Christi institutis vitam agere, Incredulorum causam non sublevat, sed evertit. Cum enim, Incredulis fatentibus, ne ex eo quidem coetu desint, qui nihil aut dicant, aut faciant, quod a Christianae religionis professione abhorrere videatur, perspicuo hoc scilicet argumento est, perditos aliorum, quos nobis objiciunt, mores non in humanarum rerum studium, sed in illorum levitatem, superbiam, ceterasque pravas cupiditates, quibus sese totos dediderunt, esse conferendos. Nam si ex humanarum litterarum cultu hominum vita depravaretur, nemo, qui operam illis daret, non esset improbus. Sed quid ego in hac Incredulorum cavillatione refellenda ditius immorer? Cui enim inauditae hominum querelae de Philosophis, qui gloriae, pecuniaeve cupidi erant, aut libidinum suarum servi, propterea quod mirabiliter cum eorum vita pugnaret (44) oratio? Quibus

E pro-

(44) Cicero Tusculanarum Quaestionum lib. II. cap. 4. Opp. ejusd. Edit Genevae MDCCXLIII. Tom.II. pag. 355. „ Quotus . . . „ quisque philosophorum invenitur, „ qui sit ita moratus, ita animo ac „ vita constitutus, ut ratio postu- „ lat? qui disciplinam suam, non „ ostentationem scientiae, sed le- „ gem vitae putet? qui obtempe- „ ret ipse sibi, et decretis suis pa- „ reat? Videre licet alios tanta le-

profecto querelis nullus fuisset locus, nisi Philosophia magistra morum, ac disciplinae (45) esset.

XII. Ita-

„ vitate et jactatione, iis ut fuerit „ non didicisse melius: alios pe- „ cuniae cupidos, gloriae nonnullos, „ multos libidinum servos: ut cum „ eorum vita mirabiliter pugnet „ oratio. Quod quidem mihi vide- „ tur esse turpissimum. Ut enim, „ si grammaticum se professus quis- „ quam, barbare loquatur, aut si „ absurde canat is, qui se haberi „ velit musicum, hoc turpior sit, „ quod in eo ipso peccet, cujus „ profitetur scientiam: sic philoso- „ phus in ratione vitae peccans, „ hoc turpior est, quod in officio, „ cujus magister esse vult, labi- „ tur, artemque vitae professus, „ delinquit in vita „.

(45) Cicero Tuscul. Quaest. lib. V. cap. 2. Tom. eod. pag. 452. „ O vitae philosophia dux! „ O virtutis indagatrix, expultrix- „ que vitiorum! Quid non modo „ nos, sed omnino vita hominum „ sine te esse potuisset? Tu urbes „ peperisti: tu dissipatos homines in „ societatem vitae convocasti: tu eos „ inter se primo domiciliis, deinde „ conjugiis, tum litterarum et vocum „ communione junxisti: tu inventrix „ legum, tu magistra morum et „ disciplinae fuisti. Ad te confu- „ gimus: a te opem petimus: ti- „ bi nos, ut antea magna ex par- „ te, sic nunc penitus totosque „ tradimus. Est autem unus dies, „ bene et ex praeceptis tuis actus, „ peccanti immortalitati anteponen- „ dus. Cujus igitur potius opibus „ utamur, quam tuis? quae et vitae „ tranquillitatem largita nobis, et „ terrorem mortis sustulisti „. Quid quod ipsae Mathematicae disciplinae maximas ad rectam vitae institutionem opportunitates habent? Ut praeteream quae de Musica Plato tradit lib. II. De Republica Edit. Francofurti MDCII. pag. 603., S. Augustinus De Musica lib. VI. cap. 1. num. 1. Tom. I. Opp. Edit. cit. col. 511. seq. „ Satis diu, *inquit*, „ pene atque adeo plane pueriliter „ per quinque libros in vestigiis „ numerorum ad moras temporum „ pertinentium morati sumus: quam „ nostram nugacitatem apud be- „ nevolos homines facile fortassis „ excuset ingeniosus labor; quem „ non ob aliud suscipiendum pu- „ tavimus, nisi ut adolescentes, „ vel cujuslibet aetatis homines, „ quos bono ingenio donavit Deus,

„ non

XII. Itaque Christus imperitos homines, ac litterarum plane rudes ad religionem suam praedicandam, propagandamque non idcirco delegit, quod naturalis litteratura Christiano supervacanea sit, aut noxia, sed ut Institutionem suam *esse (46) divinam, et superne e caelis agere radices* ostenderet. Qui locus a veteribus Christianae religionis Vindicibus; imprimisque ab Origene, et S. Augustino illustratus mirifice fuit. Origenes enim libro primo contra (47) Celsum: " Ad haec, *inquit*, respondeo, Qui „ prudenter et candide res ab Apostolis Jesu gestas possunt „ examinare, iis manifestum fieri hos divina virtute robo„ ratos fuisse oportere, ut edocerent Christianam reli„ gionem, et homines verbo Dei subjicerent. Non enim „ eis secundum artes Graecorum dialecticas, aut rhetori„ cas dicendi facultas et disserendi ratio inerat, qua au„ ditores sibi conciliarent. Atque etiam, si Jesus elegis„ set et doctrinae suae ministros adhibuisset eos, qui „ multorum opinione sapientes habentur, et aut cogitan„ di subtilitate, aut sermonis facundia multitudinis plau„ sus captare possunt: justa meo quidem judicio suspicio „ fuisset, simili eum ratione atque via usum fuisse, qua „ Philosophi sectae cujuspiam auctores usi sunt, neque

E 2 „ quod

„ non praepropere, sed quibus„ dam gradibus a sensibus carnis „ atque carnalibus litteris, quibus „ eos non haerere difficile est, duce „ ratione avellerentur; atque uni „ Deo et Domino rerum omnium, „ qui humanis mentibus nulla na„ tura interposita praesidet, incom„ mutabilis veritatis amore adhae„ rescerent ".

(46) S. Joannes Chrysostomus in Epistolam primam ad Corinthios Homil. VI. Tom. IV. Edit. cit. pag. 151.

(47) Lib. I. num. 62. Opp. ejusd. Edit. Paris. MDCCXXXIII. pag. 376. seqq.

„ quod promissum est de doctrinae ejus divinitate, videtur adimpletum. Nam sermo et praedicatio fuissent in persuasione illius sapientiae, quae verborum lenocinia et aptae compositionis blanditias affectat: et fides haec nostra perinde ac ea, quam suis dogmatis habent hujus mundi Philosophi, fuisset *in sapientia hominum, et non in virtute Dei*. Nunc autem ecquis est, qui, quum videt piscatores, et publicanos vel primorum elementorum imperitos (id enim de illis scriptura testatur, et Celsus ipsis inscientiam suam vere describentibus credit) confidenter de fide Jesu adjungenda non modo apud Judaeos disputare, sed etiam apud reliquas gentes prospere Jesum annunciare, non quaesierit unde illis inesset persuadendi facultas? neque enim erat vulgaris. Ecquis non dixerit, Jesum in Apostolis divina quadam virtute executum fuisse, quod his promiserat verbis*: *Venite post me, faciam vos piscatores hominum*? Hanc eamdem virtutem commendans Paulus, ut supra diximus, ait: *Et sermo meus et praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis, ut fides nostra non sit in sapientia hominum sed in virtute Dei*. Nam, ut praedictum fuerat a Prophetis praedicationem Evangelii praenunciantibus, *Dominus dedit verbum evangelizantibus virtute multa rex virtutum dilecti*: ut impleretur et istud vaticinium, *Velociter currit sermo ejus*. Et quidem jam videmus *in omnem terram exivisse sonum* Apostolorum Jesu, *et in fines orbis terrae verba eorum*. Quocirca qui audiunt verbum cum virtute praedicatum, replentur et ipsi virtute, quae cum in eorum affectibus actibusque, tum in constantia

„ ad

„ ad mortem pro veritatis defensione perferendam elucet: „ quidam autem vacui sunt, etiamsi Deo per Jesum credere profiteantur, qui virtute divina carent, et specie tenus verbo Dei adhaerescunt. Etsi vero supra „ memoravi, quod Salvator in Evangelio dixit; nihilominus tamen idem rursum huc et quidem opportune „ adducam. Hinc enim quivis perspiciet et Evangelii praedicationem a Salvatore nostro divine fuisse praevisam; „ et quanta sit verbi illius vis, quae etiam sine magistris „ subdit sibi eos, qui fidem amplectuntur, quam ipsis „ amplectendam divina virtus persuasit. Ait Jesus: *Messis quidem multa, operarii autem pauci: rogate ergo dominum messis „ ut mittat operarios in messem suam* ". S. Augustinus vero libro vigesimo secundo de Civitate Dei (48): " Ipse modus, *ait*, quo credidit mundus, si consideretur, incredibilior invenitur. Ineruditos liberalibus disciplinis „ et omnino quantum ad istorum doctrinas adtinet impolitos, non peritos Grammatica, non armatos Dialectica, non Rhetorica inflatos, piscatores Christus cum „ retibus fidei ad mare hujus seculi paucissimos misit; atque ita et ex omni genere tam multos pisces, et tanto „ mirabiliores quanto rariores, etiam ipsos Philosophos „ cepit. Duobus illis incredibilibus, si placet, immo, „ quia placere debet, addamus hoc tertium. Jam ergo „ tria sunt incredibilia, quae tamen facta sunt. Incredibile est Christum resurrexisse in carne, et in caelum „ ascendisse cum carne. Incredibile est mundum rem tam „ incredibilem credidisse. Incredibile est homines ignobiles „ infimos, paucissimos, imperitos, rem tam incredibilem

(48) Lib. XXII. cap. V. Opp. Edit. cit. Tom. VII. col. 659.

„ lem tam efficaciter mundo, et in illo etiam doctis,
„ persuadere potuisse. Horum trium incredibilium pri-
„ mum nolunt isti, cum quibus agimus, credere: secun-
„ dum coguntur et cernere; quod non inveniunt unde sit
„ factum, si non credant tertium. Resurrectio certe Chri-
„ sti et in caelum cum carne, in qua resurrexit, ascen-
„ sio, toto terrarum orbe praedicatur et creditur: si
„ credibilis non est; unde toto terrarum orbe jam cre-
„ dita est? Si multi nobiles, sublimes, docti eam se
„ vidisse dixerunt, et quod viderunt, diffamare cura-
„ runt: eis mundum credidisse non mirum est: sed istos
„ adhuc credere nolle perdurum est. Si autem, ut verum
„ est, paucis, obscuris, minimis, indoctis eam se vi-
„ disse dicentibus et scribentibus credidit mundus; cur
„ pauci obstinatissimi, qui remanserunt, ipsi mundo
„ jam credenti adhuc usque non credunt? Qui propte-
„ rea numero exiguo ignobilium, infimorum, imperi-
„ torum, hominum credidit, quia in tam contemti-
„ bilibus testibus multo mirabilius Divinitas se ipsa
„ persuasit. „

XIII. Illis autem, qui negligendas a Christianis humanas litteras contenderent, quoniam Apostoli nec Geometriam, nec Physicam, nec Astrologiam acceperunt, responsum a Clemente Alexandrino fuit (49): „ Si Pro-
„ phetae et Apostoli non fuerint ejusmodi artibus instru-
„ cti, quibus Philosophiae exercitationes ostenduntur:
„ at mens prophetici et praeceptoris Spiritus occulte
„ enunciata, propterea quod non sint aures omnium
„ in-

(49) Lib. I. Strom. num. IX. pag. 342. seq. Confer quae habet lib. VI. num. VIII. pag. 774.

„ intelligentes, sine cognitione artium haud facile expli-
„ cari potest. Secure enim noverunt illorum sensum
„ Prophetae et Spiritus discipuli. Ex fide enim eum
„ perceperunt, et, qui modus ceteris haud facilis fue-
„ rit, prout innuit spiritus; sed non tam facile perci-
„ pere possunt ii, qui non didicerunt. *Praecepta autem*,
„ inquit, *scribe dupliciter: nempe voluntate, et cognitione re-*
„ *spondendi* verba veritatis iis, qui tibi proponunt. Quae-
„ nam est autem respondendi, vel quae etiam interrogandi
„ scientia? Fuerit quidem haec Dialectica. Quid vero? an
„ non in dicendo etiam laborandum est? et facere est ex Lo-
„ go? Si non enim Logo, seu ratione, agamus, citra ra-
„ tionem fecerimus. Opus autem rationale ex Deo effi-
„ citur. *Et nihil sine ipso factum est*, inquit: Logo, in-
„ quam, Deo. An non etiam Dominus omnia fecit Lo-
„ go? Operantur autem etiam jumenta acta cogente me-
„ tu. Num etiam qui vocantur Orthodoxi, bona opera
„ aggrediuntur, nescientes quae faciunt? „ Eodemque
pertinent illa S. Hieronymi Epistola quinquagesima ter-
tia: (50) „ Pharisaei stupent ad doctrinam Domini: et
„ mirantur in Petro et Joanne quomodo legem sciant,
„ quum litteras non didicerint. Quidquid enim aliis
„ exercitatio et quotidiana in lege meditatio tribuere so-
„ let illis Spiritus Sanctus suggerebat: et erant, juxta
„ quod scriptum est θεοδίδακτοι. „ Et Epistola quinquage-
sima septima (51): „ Qui in sermone imitari se dicit Apo-
„ stolos, prius imitetur virtutes in vita illorum, in qui-
„ bus

(50) Epist. LIII. num. 3. Tom. 1. Opp. Edit. Veronensis MDCCXXXIV. col. 271.

(51) Epist. LVII. num. 12. Tom. eod. col. 315. seq.

Digitized by Google

„ bus loquendi simplicitatem excusabat sanctimoniae „ magnitudo ; et syllogismos Aristotelis , contortaque „ Chrysippi acumina , resurgens mortuus confutabat. „ Quamquam Apostoli non tantum miraculis, et scripturarum testimoniis, sed etiam naturae rationibus, gravissimisque disputationibus, et Christianae religionis adversarios conciderunt, et eos, qui Christo nomen dederant, instruxerunt. Quare cum Cresconius Donatista S. Augustino Dialecticae usum objecisset, hic allato S. Pauli exemplo, Grammatici illius arrogantiam fregit: „ Num- „ quid Paulus Apostolus, *inquit libro primo contra Cres-* „ *conium* (52), aliquando fuit cultor idolorum, aut ali- „ quando fuit in haeresi Epicureorum vel Stoicorum, „ cum quibus tamen eum nec puduit nec piguit de quae- „ stione Dei vivi et veri habere sermonem? Accipe quid „ de hac re in eodem libro scriptum sit. *Paulus autem* „ *cum illos Athenis expectasset, irritabatur spiritu suo intra se,* „ *videns circa idola esse civitatem. Disputabat igitur Judaeis* „ *in Synagoga, et gentibus, et colentibus, et in foro per* „ *omnem diem ad eos qui aderant. Quidam vero Epicureorum* „ *et Stoicorum philoſophorum conferebant cum illo : et quidam* „ *dicebant. Quidnam vult ſeminator verborum hic dicere?* „ *Alii vero, Peregrinorum daemoniorum videtur annuntiator* „ *esse :* Ecce Apostolus Paulus Stoicos et Epicureos, di- „ versas, non solum ab illo, verum etiam inter se, „ adversasque haereses secum conferre non respuit, non „ tantum extra Ecclesiam, sed extra Synagogam dispu- „ tans cum eis; nec eorum conviciis exterritus velut lites „ con-

(52) Lib. I. cap. XII. seqq. Tom. IX. Opp. Edit. cit. col. *396.* seqq.

57.

„ contentionesque declinans a praedicanda Christiana veritate cessavit. Nam vide quid consequenter sancta scriptura testatur: *Apprehensumque eum*, inquit, *in Areopagum duxerunt, dicentes, Possumus scire quae sint haec quae a te dicuntur: insueta enim quaedam affers in aures nostras: volumus ergo scire quidnam velint haec esse. Athenienses autem et advenae hospites ad nihil aliud vacabant, quam dicere novi aliquid aut audire. Stans vero Paulus in medio Areopago dixit, viri Athenienses, per omnia superstitiosos vos video: perambulans enim et considerans simulacra vestra, inveni etiam aram, in qua erat scriptum, Ignoto Deo: Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego annuntio vobis*: et cetera quae commemorare omnia longum est. Quod tamen ad quaestionem, quam nunc discutimus, sufficit, adtende obsecro te, Hebraeum ex Hebraeis Apostolum Christi stantem ac sermocinantem, non in Synagoga Judaeorum, neque in Ecclesia Christianorum, sed in Areopago Atheniensium, hoc est, contentiosorum maxime impiorumque Graecorum. Ibi enim loquacissimae philosophorum haereses extiterunt, quarum nonnullae, sicut ipsi, qui hic commemorati sunt, Stoici, magis de verborum quam de rerum diversitate confligunt: quod Apostolus prohibuit Timotheum, dicens ad nihil esse utile, nisi ad subversionem audientium. Nam de his, ut nosti, Tullius ait: Verbi enim controversia jam diu torquet homines Graeculos, contentionis cupidiores quam veritatis. Hos tamen Paulus noster alloquendos corrigendosque suscepit, nec ipsius loci nomine exterritur, quod ex Marte inditum resonat, quem Deum dicunt esse bellorum, ibi pacifica credituris in-

„ trepidus loquebatur, ibi spiritualibus accinctus armis „ perniciosos expugnabat errores; nec contentiosos tam„ quam mitissimus, nec dialecticos tamquam simplicissi„ mus formidabat. Nosti enim quammaxime apud Stoi„ cos viguisse Dialecticam, quamvis et ipsi Epicurei, „ quos imperitia liberalium disciplinarum non solum non „ pudebat, verum etiam delectabat, quasdam disputan„ di regulas, quibus quisque usus minime falleretur, „ se potius et tenere et docere jactabant. Quid est „ enim aliud *Dialectica*, quam peritia disputandi? „ Tum capite decimo quarto: „ Stoici certe maxime dialectici „ fuerunt: cur Apostolus Paulus, ne conferrent cum „ illo, non eos cautissime devitavit, et vestros Episco„ pos laudas, quod nobiscum velut cum dialecticis no„ lint habere sermonem? Aut si et Paulus dialecticus „ erat, et ideo conferre cum Stoicis non timebat, quia „ non solum acute disputabat sicut et illi, sed etiam ve„ raciter, quod non illi: jam cave cuiquam Dialecticam „ pro crimine objeceris, qua usos Apostolos confiteris'. „ Neque enim, cum hoc mihi objicis, imperitia te falli „ puto; sed fallere astutia. Nomen quippe Graecum „ est Dialectica, quae si usus admitteret, fortasse Latine „ disputatoria vocaretur; sicut Grammaticam litteraturam „ Latine, linguae utriusque doctissimi appellaverunt. „ Sicut enim a litteris denominata est Grammatica quo„ niam Graece γράμματα litterae dicuntur: sic a dispu„ tatione Dialectica nomen accepit; quoniam dispu„ tatio Graece διαλογὴ vel διάλεξις appellatur. Sicut au„ tem grammaticus a veteribus Latine dictus est litte„ ratus: ita Grecae dialecticus, multo usitatius et to-

„ le-

„ lerabilius Latine dicitur disputator. Puto jam quod „ Apostolum disputatorem non neges, etiamsi dialecticum neges. Improbare ergo in vocabulo Graeco, „ quod approbare cogeris in Latino, quid est aliud „ quam indoctis praetentare fallaciam, doctis facere „ injuriam? Aut si et disputatorem Apostolum negas „ qui tam assidue, tam egregie disputabat; nec Graece nosti, nec Latine, vel quod est credibilius, et „ in verbo Graeco fallis eos qui Graece nesciunt, et „ in Latino qui nec Latine sciunt. Quid enim est, „ non dico imperitius, neque enim tu ista non nosti, „ sed omnino fallacius, quam cum audias et legas tam „ multos multiplicesque sermones Apostoli asserentes veritatem, convincentes falsitatem, negare quod soleat „ disputare, cum hoc fieri, nisi disputando, non possit? „ Quod si hoc ab illo factitatum fateris, quia fateri ejus „ litteris cogeris, non tamen has disputationes, sed sermones vel Epistolas appellandas esse contendis: quid ego „ tecum sic diutius agam, ut qui haec ignorant, quem „ volunt nostrum approbent, quem volunt improbent; „ de ipsis divinis litteris, quibus necesse est cedas, hoc „ doceo, ipsa prorsus verba, ipsa rerum vocabula profero. Habes in hoc eodem testimonio, quod in Actibus Apostolorum commemoravi, de ipso Paulo ita positum: „ Disputabat igitur Judaeis in Synagoga, et gentibus, „ et colentibus in foro. Habes in alio loco, quamvis „ cum populo Christiano ageret, congregatis in Ecclesia „ fratribus ita scriptum: *Sedens vero quidam adolescens nomine Eutychus, in fenestra deductus somno gravi, disputante* „ *Paulo*. Habes etiam in libro Psalmorum: *Suavis sit ei*

 „ *di-*

,, *disputatio mea* . Habes et apud Isaiam prophetam : *Venite*
,, *disputemus*, *dicit Dominus* . Et multis aliis divinarum scri-
,, pturarum locis lege ubi inveneris hoc verbum , et inspi-
,, ce codices Graecos in iisdem testimoniis sanctarum
,, scripturarum et videbis unde sit appellata Dialectica :
,, ne quod omnes justi etiam cum Deo faciunt , quibus di-
,, ctum est, *Venite*, *disputemus* , *dicit Dominus*, non imiteris
,, sapienti pietate , sed insulsa temeritate crimineris ,,.

XIV. De Epistolarum S. Pauli , ad quas Increduli provocant , testimoniis nihil est cur laborem. Nam quo ea sensu intelligenda sint, tam luculenter Clemens Alexandrinus demonstrat, ut necesse non sit, alios ex veteribus, novisque Interpretibus proferre . Clemens enim cum libro primo Stromatum Sophistas reprehendisset subdit (53):
" Admodum ergo recte nos vehementer admonet beatus
,, Apostolus, *ne verbis contendamus sine ulla utilitate, ad eversio-*
,, *nem auditorum : prophanas autem vocum novitates vitemus*.
,, *Ad magnam enim proficiunt impietatem*, *et sermo eorum ser-*
,, *pit ut cancer* . *Haec ergo sapientia mundi* , *stultitia est apud*
,, *Deum*. Et horum *sapientum cognoscit Deus cogitationes*, *quod va-*
,, *nae sunt* . Nemo ergo glorietur , humana praecellens
,, cogitatione . Recte enim scriptum est in Hieremia :
,, *Ne glorietur sapiens in sapientia sua* , *et ne glorietur for-*
,, *tis in fortitudine sua* , *et ne glorietur dives in divitiis suis* :
,, *sed in hoc glorietur* , *qui gloriatur* , *quod intelligat et co-*
,, *gnoscat* , *quod ego sum Deus faciens misericordiam* , *et ju-*
,, *dicium* , *et justitiam super terram* : *quoniam in his est volun-*
,, *tas mea* , *dicit Dominus* . *Ne confidamus in nobis ipsis* , *sed*
,, *in Deo* , *qui suscitat mortuos* , inquit Apostolus , *qui ex*
,, *tan-*

(53) Strom. lib. I. num. X. et seq. Edit. cit. pag. 345. seqq.

„ *tanta morte nos eripuit*; *ut fides nostra non sit in sapientia hominum* ; *sed in virtute Dei* : *Spiritalis enim dijudicat omnia*, „ *ipſe autem a nullo dijudicatur*. Illa quoque ejus audio : *Haec* „ *autem dico* , *ne quis vos decipiat in probabilitate sermonis* : „ neque subingrediatur , *qui depraedatur* . Et rursus : *Videte* , *ne quis sit* , *qui vos seducat per philoſophiam et inanem deceptionem* , *secundum traditionem hominum* , *secundum elementa mundi* , *et non secundum Christum* . Philosophiam „ quidem non omnem , sed *Epicuream* , cujus etiam meminit Paulus in Actibus Apostolorum, reprehendens, „ quae tollit providentiam , et in Deorum numerum „ refert voluptatem ; et si qua alia honore affecit elementa, quae iis non praeficit causam efficientem , nec „ apprehendit Opificem . Quin etiam *Stoici* , quorum ipse „ quoque meminit, non recte dicunt, Deum, cum sit corpus , vilissimam pervasisse materiam. *Traditionem* autem „ *humanam* vocat Logicam subtilitatem . Quamobrem illa „ quoque scribit: *Juniores fugite quaestiones*: sunt enim pueriles „ hujusmodi contentiones. *Virtus autem non tenetur amore juvenum* inquit Plato philosophus: et certamen nostrum, ut vult „ Gorgias Leontinus , duabus opus habet virtutibus , audacia et sapientia : audacia quidem , ut adeat periculum : sapientia autem, ut discernat aenigma. Logos enim , „ quemadmodum in Olympia praeconium, vocat quidem „ eum , qui vult ; sed coronat eum , qui potest esse invictus : quoniam revera Logos non vult ociosum esse eum, „ qui credidit , *Quaerite* enim , inquit , *et invenietis* : sed „ inquisitionem terminat inventione , recentes nugas exterminans , approbans autem contemplationem , quae „ nostram fidem confirmat . *Hoc autem dico* , *ne quis vos*

„ *de-*

" *decipiat in probabilitate sermonis*, ait Apostolus; ut qui,
„ quae ab eis dicuntur, discernere scilicet didiceritis, et
„ iis, quae objiciuntur, occurrere docti sitis. *Sicut er-*
„ *go accepistis Jesum Christum Dominum, in eo ambulate ra-*
„ *dicati et superaedificati in ipso, et confirmati in fide*. Est au-
„ tem persuasio, fidei confirmatio. *Videte ne quis sit, qui*
„ *vos abducat* a fide in Christum *per philosophiam et inanem*
„ *deceptionem*, quae tollit providentiam, *secundum traditio-*
„ *nem hominum*. Quae est enim secundum traditionem di-
„ vinam philosophia, constituit et confirmat providen-
„ tiam, qua sublata videtur fabula Servatoris oeconomia,
„ cum nos *secundum elementa hujus mundi et non secundum*
„ *Christum* feramur. Quae est enim Christo consentanea
„ doctrina, et opificem Deum esse asserit, et deducit pro-
„ videntiam usque ad singularia, et talem elementorum no-
„ vit esse naturam, ut in eam cadat ortus et mutatio:
„ eaque docet ad id dirigi, ut vim assimilantem Deo
„ habeamus; ejusque dispensationem, omni doctrinae, ut
„ principium, praemitti debere. Elementa autem colunt,
„ Diogenes quidem aerem; Thales vero aquam; Hippa-
„ sus vero ignem; et qui principia faciunt atomos, phi-
„ losophiae nomen arrogantes, impii quidam homunculi
„ et voluptati dediti. *Propterea oro*, inquit, *ut dilectio*
„ *veſtra adhuc magis et magis abundet in agnitione et omni sen-*
„ *su, ad hoc ut vos probetis quae sunt potiora*. Nam *quando*
„ *eramus*, inquit Apostolus, *parvuli, sub elementis hujus mun-*
„ *di eramus servientes. Parvulus autem, etiamsi sit haeres,*
„ *nihil deſſert a servo usque ad praefinitum tempus patris*. Par-
„ vuli ergo sunt etiam Philosophi, nisi a Christo viri
„ fiant. Si enim *filius ancillae non futurus sit haeres cum filio*
„ *li-*

„ *liberae*, at est quidem certe semen Abrahae, quod non „ ex promissione donum suscepit proprium. *Perfectorum* „ *autem est solidus cibus, qui propter habitum habent sensus* „ *exercitatos ad discretionem boni et mali*. *Quisquis enim est* „ *lactis particeps, non est peritus sermonis justitiae*, cum sit „ *parvulus* et nondum sciat verbum, per quod credidit „ et operatur, nec possit in ipso reddere rationem. *Omnia autem probate*, inquit Apostolus, *et quod bonum* „ *est tenete*. Spiritalibus id dicens, qui omnia, quae di- „ cuntur ex veritate dijudicant, utrum videantur, an „ sint vera. *Inconfutabilis autem vagatur disciplina* et *pla-* „ *gae et reprehensiones dant disciplinam sapientiae*, reprehen- „ siones scilicet, quae sunt cum dilectione. *Cor enim* „ *rectum exquirit cognitionem*. *Quoniam qui quaerit Deum*, „ *cognitionem invenit cum justitia*. *Qui ipsam autem recte* „ *quaesierunt, pacem invenerunt*. *Et cognoscam non sermonem* „ *eorum, qui inflati sunt, sed virtutem*: eos, qui sunt opinio- „ ne sapientes, et se quidem esse putant, non autem eos „ qui sunt sapientes, reprehendens, haec scribit. *Non* „ *enim est in sermone regnum Dei*. Non, inquam, in eo, qui „ non est verus, sed opinione tantum probabilis. *In* „ *virtute* autem dixit, seu potentia: sola enim est po- „ tens veritas. Et rursus: *Si quis putat se nosse aliquid*, „ *nondum novit sicut nosse oportet*. Nunquam est enim „ veritas opinio. Sed *cognitionis* quidem opinio *inflat* „ et fastu replet, *caritas autem aedificat*, quae non „ in opinione versatur, sed veritate. Unde, *si* „ *quis diligit, is cognitus est*, inquit „. Cum igitur Apostolus non veram Philosophiam, eam scilicet, quae de naturae rebus vere sentit, sed inania opinionum porten-

ta,

ta, quae ab Ethnicis Philosophiae nomine venditabantur, reprehendat, quis non videt, ejus nobis testimonia ab Incredulis nonnisi per summam perversitatem, impudentiamque opponi?

XV. Neque vero minus perverse, atque impudenter faciunt, dum ad veteres Ecclesiae Patres, et scriptores provocant. Quis enim ex illis fuit, qui humanarum disciplinarum cognitionem Christianae reipublicae maxime utilem, atque adeo necessariam esse non putaverit? Ut a Graecis ordiar, Clemens Alexandrinus Stromatum libro sexto (54) disserens de Gnostico, quo nomine perfectum Christianum intelligit, cui formando libros illos composuit: "Praecipua ... est ei *inquit*, omnium rerum cognitio. Per „ consequentiam ergo iis quoque attendit, quae exercent „ ad cognitionem, sumens ex unaquaque disciplina id „ quod confert ad veritatem. Ex Musica ergo, persequens „ proportionem quae est in iis, quae sunt apte compo„ sita: in Arithmetica autem, adnotans augumenta et de„ crementa numerorum, et relationes inter se invicem, „ et quod pleraeque res subjectae sint proportioni nu„ merorum: et Geometricam ipsam essentiam in seipsa „ contemplans et ei se assuefaciens, aliquod continuum „ intelligentia percipit spatium, et immutabilem essen„ tiam, quae est a corporibus hisce diversa. Et rursus „ ab Astronomia a terra mente elevatus, cum caelo in „ sublime tolletur, et simul cum astrorum conversione „ circumagetur, semper considerans divina, et eam, „ quae est inter se invicem, consensionem, a quibus ad-„ du-

(54) Strom. lib. VI. num. X. pag. 779. seqq.

Digitized by Google

„ ductus Abraham ascendit ad cognitionem ejus qui crea-
„ verat. Quin etiam Dialectica utetur Gnosticus adno-
„ tans divisionem generum in species; et admittet eorum
„ quae sunt distinctionem, donec attigerit prima et sim-
„ plicia..... Nam cum *multifariam et multis modis* sit lo-
„ cutus, non uno modo cognoscitur. Non ergo ut his
„ tanquam virtutibus utatur, Gnosticus, habebit disci-
„ plinarum multarum cognitionem, sed utens tanquam ad-
„ jutricibus in communibus et propriis discernendis ad-
„ mittet ad veritatem. Est enim omnis erroris et omnis
„ falsae opinionis causa non posse discernere quanam ra-
„ tione inter se conveniânt ea quae sunt, et quanam ra-
„ tione differant. Sin autem quis diversa non persequa-
„ tur distincta oratione, non animadvertet se confunde-
„ re communia et propria. Hoc autem si fiat, necesse
„ est ut incidatur in devia et errores. Nominum autem
„ et rerum distinctio, in ipsis quoque scripturis magnam
„ lucem affert animis. Necesse est enim exaudire et di-
„ ctiones plura significantes, et plures, quando quid
„ unum significant: unde etiam fit, ut recte re-
„ spondeatur. Vitandus autem est multus, isque plane in-
„ utilis labor circa res quae nullius sunt usus: cum Gno-
„ sticus disciplinis utatur, tanquam praeviis exercitationi-
„ bus, quibus adjuvatur tum ad veritatem accurate, qua-
„ tenus licet, et inconcusse trahendum, tum ad impro-
„ bos sermones, qui veritatem excindere moliuntur, pul-
„ sandos. Non erit igitur eorum ignarus, quae ad Ency-
„ clicas disciplinas, et Graecam philosophiam percipien-
„ das conducunt; sed haec non addiscet primario ac
„ sui gratia, sed secundaria quadam ratione, necessita-

G „ te

Digitized by Google

„ te ac circumstantiis id exigentibus. Quibus enim im„ probe et malitiose utuntur haeresum patroni, iis re„ cte utetur Gnosticus. Quamvis sit ergo partialis tan„ tum veritas quae in Graeca apparet philosophia, quae „ vere quidem est veritas; tamen quomodo sol illumi„ nans colores, et album et nigrum, ostendit qualis sit „ unusquisque eorum; sic ipsa quoque refellit omnem „ sermonis probabilitatem. Merito ergo a Graecis quo„ que acclamatum est: *Principium magnae virtutis regina* „ *veritas*". Origenes, qui a Clemente accepit disciplinam, et Catecheticae scholae post eum Alexandriae praefuit, Philocaliae capite decimotertio (55): „ Gaude „ in Deo, Domine mi sanctissime et multum venerabilis „ fili Gregori, ab Origene. Ad prudentiam, ut probe „ nosti, ingenium conferre plurimum potest exercita„ tione adjutum, deducens ad convenientem, ut ita di„ cam, finem illius rei, quam quis exercere vult. Po„ test igitur ingenium tuum Romanum te Iurisconsultum „ facere absolutissimum, et Graecum philosophum, ex „ iis sectis, quae praestantiores habentur. Ego vero „ omni ingenii et animi contentione te uti volebam, „ quod finem attinet, ad Christianismum, sed et quoad „ effectionem. Idcirco cupiebam e philosophia Graecorum „ ea te accipere, quae ad Christianam doctrinam circu„ lares disciplinae, vel praeludia, esse possunt, quaeque „ ex Geometria et Astronomia usui futurae sunt ad sa„ crarum litterarum interpretationem; ut quod de Geo„ metria, Musica, Grammatica, Rethorica, et Astronomia „ phi-

(55) Philoc. cap. XIII. Edit. Cantabrig. an. MDCLVIII. pag. 41. seq.

„ philosophi praedicant, tanquam philosophiae sociis et
„ adjutricibus, id nos de philosophia ad Christianam re-
„ ligionem dicamus. Et forsitan tale quid significat, quod
„ in Exodo scriptum est, ut jubeantur filii Israel pete-
„ re a vicinis et contubernalibus vasa argentea et aurea,
„ tum et vestes; ut spoliatis Aegyptiis materiam habeant
„ ad ea ornanda, quae ad divinum cultum pertinent". Et
capite decimoquarto (56): „ Videat . . . qui haec aegre
„ admittit, possitne propositionem de moribus, aut de
„ rerum natura, aut de Theologia, sine accurata signi-
„ ficatorum et eorum, quae Dialecticis locis illustrantur,
„ cognitione, recte intelligere. Quid enim absurdi est
„ eos audire, qui verborum proprietates in singulis lin-
„ guis investigant: et significatis inhaerere diligenter?
„ Interdum enim propter ignorationem ejus, quae ra-
„ tioni servit, disciplinae, graviter labimur, quod co-
„ gnominationes, ambiguas voces, proprias, et impro-
„ prias dictiones, et distinctiones non dijudicemus:
„ quemadmodum ex ignoratione ejus, quae est in voce
„ Mundus, in diverso significatu similitudinis, ad infan-
„ das de effectore mundi sententias dilapsi sunt, non di-
„ scernentes videlicet quid significet id, *Mundus in mali-
„ gno positus est*; quia pro terrestri orbe et humanis rebus
„ eo loci Joannes usurpavit. Arbitrati enim mundum per
„ eam dictionem significare caeli et terrae orbem, et quae
„ in iis continentur, audacissime et, supra quam dici po-
„ test, nefarie de Deo pronuntiant; cum reipsa demon-
„ strare non possunt, quo pacto Sol, et Luna, et astra,
„ quae tam apto ordine moventur, in maligno posita

G 2 „ sint.

(56) Cap. XIV. pag. 44. seq.

Digitized by Google

„ sint. Deinde si adducamus ipsis ex loco, *Hic est agnus* „ *Dei, qui tollit peccatum mundi*, quia Mundus, ubi ha- „ bitat peccatum, secundum has locutiones dicitur, hoc „ est de terrestribus locis; cordati et sinceri admittent „ quae dicuntur, contentiosi vero stolide et inepte sese „ revocantes ob ignorationem similitudinis vocum semel „ susceptis decretisque flagitiis adhaerescent. Praeterea si „ opponatur, *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi*, „ non jam poterunt quod de universo mundo acceperant, „ hoc est, de iis, quae in toto mundo sunt, praesertim „ secundum sententias suas demonstrare: de eodem enim „ dictionem ut plura significantem pervestigare necesse est. „ Ambiguitatis autem perversarum expositionum et inter- „ punctionis et sexcentorum ejusmodi exempla non pau- „ ca reperiet, qui id studebit. Sed haec per digressio- „ nem, ut ostenderemus ita nos quoque existimare per- „ necessariam illis esse, qui volunt in intelligentia divi- „ narum Scripturarum veritatem tenere, nec labi, libe- „ ralium artium scientiam; quibus nobis opus fuit, ut „ inveniremus, quo differant illa, quae scripta sunt, „ *In principatum noctis*, et *ut praeessent diei et nocti*". Sanctus Gregorius Thaumaturgus, Episcopus Neocaesariensis in Oratione prosphonetica, ac panegyrica in Origenem (57), quam Caesareae Palestinae post multorum annorum apud illum disciplinam dixit, „ Ut... idoneos nos red- „ didit, riteque ad excipiendos veritatis sermones praepa- „ ravit, tum vero tanquam bene subactae, mollique ter- „ rae injecta semina reddere paratae, opportunam seminum „ injectionem affatim inferebat; tempestivam simul reli-

„ quam

(57) Num. 7. et 8. inter IV. Opp. Origenis Edit. Paris. Opera ad Origenem spectantia Tom. MDCCLIX. pag. 66. seqq.

„ quam culturam omnem, aptis singula modis, exercens; „ quidquid obtusum ac spurium in anima erat, sive sic „ nata, sive superfluis corporis alimentis condensata, exa„ cuens, attenuansque subtilibus rationi congruentium „ affectionum sermonibus, ac modis, qui ex primis sim„ plicissimis evoluti alii ex aliis, varieque conversi, in ad„ mirabilem quemdam inexplicabilemque progrediebantur „ contextum, nos velut e somno excitantes, atque in pro„ posito semper insistere, et nullatenus nec ob longitu„ dinem, nec ob subtilitatem labi docentes. Quidquid „ porro judicii expers ac praeceps in nobis erat, vel as„ sentiendo iis, quae obvia fiunt, qualiacumque sint, etiam„ si falsa se offerant; vel repugnando persaepe, quamvis „ vera quaedam dicantur; hoc rursum castigabat, corri„ gebatque, tum iis quos diximus, tum aliis diversis ser„ monibus; (multiplex enim est ac varium hoc Philoso„ phiae genus) assuefaciens non temere, nec ut casus „ tulerit, assensum projicere, nec item abnuere; sed di„ ligenter examinando, non aperta solum, sed et abdita. „ Multa siquidem, ceu et illustria per se et honesta, sub „ speciosis vocibus in aures nostras tanquam vera se in„ sinuarunt, quae prava et falsa cum essent, suffragium „ tamen a nobis expresserunt, tuleruntque veritatis; quae „ postmodum vitiosa, et nulla fide digna deprehensa sunt, „ veritatem incassum assimulantia; nosque facile, ac ri„ dicule deceptos prodiderunt, et frustra ea confirman„ tes, quae minime oportebat: alia contra, honesta pror„ sus ac minime fallentia, sed probabilibus verbis non „ expressa, paradoxa et omnino incredibilia per se visa, „ et rejecta pro falsis, immeritoque per contumeliam

„ ex-

Digitized by Google

„ explosa ; postea considerantibus , atque investigantibus „ accuratius , omnium verissima , omnique acceptione „ majora cognita sunt , quae paulo ante rejicienda et im„ probanda putabantur. Non aperta solum, inquam, et „ eminentia, quae fallacia interdum et fucata sunt, sed „ interiora singula explorando ac pertentando , ne quid „ marcidum sonet : ac de his primum fidem nobis ipsis „ faciendo, ita demum exterioribus assentiri , et de his „ singulis pronunciare docebat. Hunc igitur in modum „ pars animae nostrae, quae circa voces sermonemque ju„ dicium exercet , secundum rationem erudiebatur : non „ juxta egregiorum Rethorum judicia , si quid Graecani„ cum , aut barbarum voci insit , exilem illam et non „ necessariam disciplinam : sed hanc omnibus et Graecis, „ et barbaris, et sapientibus, et idiotis, et (ne artes sin„ gulas ac studia enumerando sim longior) omnibus ho„ minibus, quodcumque vitae genus delegerint, apprime „ necessariam : siquidem omnibus, de quacumque re ser„ mo instituatur , curae est ac studio , non decipi . Ne„ que hanc solum partem , quam Dialectica corrigendam „ sola sortita est: sed humilem sane vicissim animae par„ tem , qua ad magnificentiam et mirabilem structuram, „ ad varium sapientissimumque mundi opificium obstupe„ scimus , admiramurque sine ratione, ac prae timore „ consternamur , ut qui belluarum more, quae ratione „ carent, ratiocinari nihil novimus , excitabat, erigebat„ que naturalibus aliis disciplinis ; singula, quae in rerum „ sunt natura , declarans ac distinguens , et perspicua „ oratione in prima sua elementa revolvens ; naturamque „ tum communem universorum, tum propriam cujusque;

„ con-

„ conversiones quoque rerum multiformes, atque muta„ tiones edisserens; quoad doctrinae suae, rationum„ que quas partim didicit, partim ipse excogitavit, per„ spicuitate, pro irrationali rationalem animis nostris sa„ crae totius universi dispensationis, absolutissimaeque „ naturae admirationem injecit. Haec nimirum illa est su„ blimis ac divina disciplina, quam omnibus amantissima „ docet Physiologia. Quid nunc opus est sacras Mathe„ maticas commemorare, Geometriam omnibus caram at„ que indubitatam, et Astronomiam superna pervagan„ tem? quas singulas animis nostris, docens, inscul„ pebat; aut in memoriam revocans, aut, nescio quid „ dici potius debeat, illam quidem velut omnium „ plane fundamentum statuens, et quasi basim tutis„ simam, inconcussam Geometriam: per Astronomiam „ autem ad summa perducens, tanquam per scalam „ quamdam ad caelos pertingentem, pervium nobis „ caelum utriusque disciplinae opera efficiens". Sanctus Basilius Magnus Caesareae Cappadociae Antistes in Hexaemeron Homilia sexta (58): „ Necessariae sunt ad huma„ nam vitam notae luminarium, atque significationes. Ete„ nim si quis signa eorum non ultra modum explorat, „ utiles ipsorum observationes ex longa experientia com„ periet. Multa namque de pluviis, multa de siccitate, „ deque ventorum motu, tum particularium, tum univer„ salium, violentorum aut remissorum discere licet. Pro„ fecto unum aliquod solis signum etiam Dominus nobis „ exposuit, cum ait: Tempestas erit, triste est enim ru„ bens caelum. Cum enim per nebulam fit solis ascen„ sus, obscurantur quidem radii: sed sol carbonum in „ mo-

(58) Num. 4. T. 1. Ed. Paris. MDCCXXI. pag. 53. seq.

„ morem rutilans et colore subcruentus conspicitur, hanc „ oculis speciem objiciente aeris crassitudine . Constat au- „ tem aerem illum condensatum ac compactum, cum a ra- „ dio non diffunditur, ob vaporum e terra exsurgentium „ fluxionem contineri non posse: sed in his regionibus, „ circa quas cogitur, tempestatem ob humoris copiam „ excitaturum. Similiter etiam cum undelibet restagnat „ luna, et aereae, quas vocant, solem circumscribunt, „ tunc aut aquae aereae abudantiam, aut vehementium „ ventorum motum significant. Quin etiam ii quos ad- „ versos soles appellant, quando una cum solis conver- „ sione circumcursant, aeriorum quorumdam casuum „ fiunt praesagia. Ita et virgae illae quae iridis imitan- „ tur colorem, ac rectae in nubibus apparent, pluvias „ aut ingentes procellas, aut denique maximam aeris im- „ mutationem portendunt. Multa quoque indicia circa „ crescentem vel decrescentem lunam observaverunt, qui „ rebus istis operam impendere; quasi aer terrae circum- „ fusus, simul cum ipsius figuris necessario permutetur. „ Cum enim circa tertium diem tenuis est et pura, firmam „ constantemque serenitatem praenuntiat: sin autem cor- „ nibus crassa, et subrubicunda cernitur, aut copiosam „ aquam e nubibus lapsuram, aut violentam austri mo- „ tionem futuram minatur. Jam vero quantum afferant „ utilitatis generi humano harumce rerum observationes, „ quis ignorat? Nam nautae navem intra portus contine- „ re licet, pericula e ventis impendentia praevidenti. Fas „ est viatori eminus incommoda declinare, ex caeli tristi- „ tia aeris mutationem expectanti. Agricolae quoque „ qui circa semina ac plantarum cultum occupantur, in-

„ de

65.

„ de conjectant omnem faciendorum operum opportunita„ tem. Jam vero et dissolutionis universi signa in sole lu„ naque et astris praedixit Dominus apparitura esse: *Sol* „ *vertetur in sanguinem, et luna non dabit lumen suum*. Haec „ sunt consummationis universi signa. „ Et in Sermone ad Adolescentes, *Quomodo possint ex Gentilium libris fructum* (59) *capere*, cum dixisset ad beatam vitam deducere sermones sacros per arcana nos erudientes, subdit: „ Sed (60) dum per aetatem non licet intelligentiae eorum „ al-

H

(59) Num. 2. Edit. cit. Tom. II. pag. 174. seq.

(60) Idem Homil. XII. in principium Proverbiorum num. 7. Tom. eod. pag. 103. seq. „ Sub „ haec videamus quid sit suscipe„ re versutias sermonum. Sermo „ quidem verus et a sana mente „ proficiscens, simplex est et unius „ ejusdemque rationis, eadem de „ iisdem semper affirmans: varius „ vero et artificiosus, cum mul„ tum implexus sit et praeparatus, „ sexcentas formas assumit; seque „ ad gratiam colloquentium conci„ liandam transformans, versutias „ innumeras animo versat. Ergo „ ut artificiosorum assultui forti„ ter resistere possimus, adjumen„ to magno sunt paroemiae. Nam „ qui ipsis intentus est, nec ne„ gligenter earum monita auscul„ tat, velut experientia obarma„ tus, versutias verborum citra „ noxam ullam excipit, adeo ut ne„ que ab ipsis pervertatur, neque „ unquam a vero discedat. Cum „ enim aliter natura se res habent, „ aliter vero de eis suadent ver„ ba, versutia quaedam est, vel „ potius inversio veritatis per ser„ monem facta. Et qui alius qui„ dem videtur, alius reipsa est, „ strophis sermonum utitur, fu„ cum faciens iis quibuscum ver„ satur, perinde ut lepores vul„ pesque canibus, aliam viam com„ monstrantes, aliam carpentes: „ quin et falsae scientiae antitheses „ strophae quaedam sunt verborum. „ Etenim cum spiritualis doctrinae „ simplicitatem non recipiant, qui „ Dialecticâ ad contradicendum acu„ ti sunt, iidem vim veritatis non „ raro sophismatum verisimilitudine „ evertunt. Has igitur sermonum „ stro-

Digitized by Google

„ altitudinem audire et assequi , interim in aliis scriptis „ non omnino diversis quasi in umbris quibusdam et spe„ culis in antecessum animi intuitu exercemur , eos , qui „ in militari disciplina exercentur , imitati : qui ubi in „ manuum motu atque saltationibus experientiam adepti „ fuerint , in certaminibus ex hac ipsa ludicra disciplina „ fructum percipiunt. Et certum putandum est certamen „ certaminum omnium maximum nobis propositum esse „ pro quo agenda nobis sunt omnia et laborandum pro „ viribus ut ad id praeparemur , atque poetis , et histo„ ricis, et rethoribus, et hominibus omnibus utendum , un„ de utilitas aliqua ad animam curandam accessura sit . „ Quemadmodum enim infectores quidquid tingendum „ est, prius curis quibusdam praeparant, et ita demum „ co-

„ strophas excipit, qui paroemiis „ munitus est . Immo si quando „ offendat problemata,aequas utrim„ que probationes habentia , in „ quibus verisimilioris inventio ju„ dicatu difficilis sit : quoniam ta„ men exercitatus in proverbiis est, „ animo non confundetur , etiamsi „ disceptantes quam vehementissi„ me aequales argumentorum pla„ gas sibi invicem inferre videan„ tur „ Auctor quoque Commentarii in Isaiam Prophetam S. Basilio adscripti cap. II. num. 92. Tom. I. Opp. S. Basilii Edit. cit. pag. 443. seq. ad illa verba , *Et super omnem murum excelsum* , inquit : „ Rursum murus septum est ac „ munimen ad custodiendas civi„ tates , et ad hostiles impetus pro„ pulsandos exstructum : ita sunt „ et sermones quidam , quibus ab „ ipsa veritate praecingimur et mu„ nimur , qui vim salutarium dog„ matum inexpugnabilem tuentur : „ alii vero ab externa astutia ad „ corroborandum mendacium et ad „ retinendam vanitatem magna cum „ diligentia sunt excogitati . Vis „ namque Dialectices , dogmatum „ est murus , quae ea a quibusli„ bet, qui vellent, facile interver„ ti , aut facile expugnari non „ sinit „ .

„ colorem sive purpureum, sive quempiam alium indu„ cunt: eodem modo et nos quoque, si indelebilis in „ nobis honesti gloria omni tempore permansura est, „ his externis ante initiati, deinde sacras et arcanas do„ ctrinas ediscemus: et solem velut in aqua videre assueti, „ sic luci ipsi oculos admovebimus. Quod si mutua quae„ dam convenientia intersit inter doctrinas, earum no„ bis cognitio valde utilis fuerit: sin minus, certe ea„ rum inter se collatarum discrimen internosse, ad potio„ rem firmandam non parum contulerit. Sed cuinam rei „ comparata doctrina utraque, possis imaginem assequi? „ Certe quemadmodum arboris propria virtus est, tem„ pestivo fructu scatere, et tamen folia etiam circum ra„ mos exagitata aliquid eis ornamenti conciliant: ita et „ animae quoque primarius fructus est veritas ipsa, sed „ tamen haud ingratus est externae sapientiae amictus, „ tanquam si folia quaedam fructui et umbraculum, et „ aspectum non inamoenum praebeant. Dicitur igitur „ et Moyses ille perquam eximius, cujus nomen apud „ omnes homines ob sapientiam maximum est, exercita„ to in Aegyptiorum disciplinis animo, ita ad ejus, *qui* „ *est*, contemplationem devenisse. Similiter autem poste„ rioribus quoque temporibus sapientem Danielem sapien„ tiam Chaldaeorum in Babylone edoctum, ita demum „ doctrinas sacras attigisse tradunt. Sed quod externae „ hae disciplinae non sint animabus inutiles, sat dictum „ est „. Eademque aetate S. Gregorius Nazianzenus (61) ad Seleucum.

 „ Sal-

(61) Jambico III. Opp. ejusd. Edit. Lutet. Paris. an. MDCXI. pag. 190. seq.

Digitized by Google

„ Salvere jubeo plurimum pulchrum et bonum
„ Gnatum Seleucum, nobili stirpe editum.
„ Gaudere et ipse rursus ob vitam tuam
„ Moresque cupio, propter et studia optima.
„ Sit primus in te numinis sancti metus,
„ Amorque: mente praeditis namque integra
„ Origo vitae est omnis, et finis, Deus.
„ Post, nate, mores excole, ac placidus, stude
„ Atque humilis esse, continens, dulcis, gravis,
„ Livore purus, strenuus, justus, sophus,
„ Castus, operosus, temperans, aequabilis.
„ Hoc namque juveni pariter ac seni est decus.„

Tum nonnullis interjectis:

„ Has cum tuaeque sint opes, fidae et tibi,
„ Serva, bonisque disciplinis expoli,
„ Historica scripta perlegens, vincta et metris
„ Colensque studia sedulo eloquentiae,
„ Et tradiderunt quae Sophi subtiliter.
„ At ista quaeso cuncta fac cautus legas,
„ Prudenter ex his colligens quod utile,
„ Fugiensque quicquid noxium est, et pestilens.
„ Apis aemulari cura sit sapientiam,
„ Quae flore in omni sessitans, ex singulis
„ Idonee carpit, esse quod videt usui,
„ Natura quamvis doceat hanc tantummodo.
„ Ratione sed tu praeditus, carpe affatim
„ Utilia quae sint: si quid est damnum ferens,
„ Statim atque vitium noveris, celer avola.
„ Mentis volatu nil enim pernicius.
„ Ubicumque laudes ergo virtutis canunt,

„ Vi-

„ Vitiumve damnant in libris illi suis,
„ Hoc diligenter percipe, ac mentem simul
„ Serva, leporis quicquid et verbis inest.
„ Scripsere sed quae de Deis nugaciter,
„ Figmenta foeda (daemones quorum patres)
„ Figmenta digna lachrymis, risu et simul,
„ Haec, ut dolosa retia, ut laqueos fuge.
„ Sed verba cum tu legeris, cum nomina,
„ Illa expetenda, risu at haec dignissima,
„ Contemne divos tu quidem, studia at colens
„ Doctrinae, ab una ut atque eadem plantula,
„ Spinis relictis floridas rosas lege.
„ Ac de prophanis litteris lex optima
„ Haec est. Quibusnam at plurimum studii dare
„ Conveniat, ipse paulo post dicam tibi. „

Deinde allato Moysis exemplo, qui Aegyptiorum sapientia institutus fuerat, sic pergit:

„ Hujus (62) tuere sedulus vitae typum,

„ Mo-

(62) Hue etiam pertinent quae habet Oratione XXIII. in laudem Heronis Philosophi Alexandrini Tom. 1. Opp. Edit. eit. pag. 409., et Oratione XX. in laudem S. Basilii Magni, in qua illum vehementer eommendat ob singularem humanarum disciplinarum cognitionem. Nam pag. 325 inquit: „ Illie „ porro cum satis uberem doctri„ nam collegisset, nec rei eujus„ quam honestae ignarum et ex„ pertem eum esse oporteret, nec „ ab apicula, quae ex quibuslibet „ floribus utilissima quaeque de„ cerpit, labore ac diligentia supe„ rari, Caesaream, ut scholarum „ urbis illius particeps esset con„ tendit, hanc, inquam, illustrem „ eivitatem, et nostram (nam „ meorum quoque studiorum dux „ et magistra extitit) non minus lit„ terarum atque doctrinae, quam „ urbium, quibus praecellit et do„ mi-

Digitized by Google

„ Mosem aemulando, Mosis et mores probos.
„ Ac disciplinas, quae vigent Graecos apud,

„ (Ju-

„ minatur, Metropolim: quam si „ quis doctrinae palma spoliaverit „ rem omnium pulcherrimam, ip- „ sique maxime propriam eripue- „ rit. Nam cum aliae civitates „ aliis ornamentis, vel antiquis, „ vel novis glorientur, prout, opi- „ nor, vel historiis, vel rebus „ quibusdam visendis ornatae sunt: „ hanc contra, ut arma vel tra- „ goedias notae quaedam atque in- „ signia, sic litterarum gloria no- „ bilitat, illustremque reddit. Jam „ quae sequuntur, ii exponant, „ qui et eum apud se erudierunt, „ et fructum ex ipsius eruditione „ ceperunt; quantus videlicet ma- „ gistris, quantus aequalibus esset, „ illos nimirum aequans, hos om- „ ni doctrinae genere superans: „ quantum apud omnes tum ple- „ bejos, tum civitatis primarios „ gloriam brevi tempore assecutus „ fuerit? majorem, quam illa „ aetas ferebat, eruditionem, ma- „ jorem rursus eruditione morum „ constantiam et gravitatem osten- „ dens: Rhetor inter Rhetores; „ etiam ante sophisticam exhedram: „ Philosophus inter Philosophos, „ etiam ante Philosophiae decreta: „ et quod maximum est, sacerdos „ Christianis ante initum sacerdo- „ tium. Tantum ipsi omnes in om- „ nibus rebus concedebant. Ipsi „ porro eloquentiae studium acces- „ sionis dumtaxat ac velut corolla- „ rii cujusdam rationem habebat, „ hoc tantum scilicet ex ipsa fruc- „ tus decerpenti, ut ejus ope at- „ que auxilio ad nostram Philoso- „ phiam uteretur: quandoquidem „ ad explicanda animi sensa ipsius „ vis ac facultas requiritur (mens „ enim, quae id, quod sentit, „ verbis exprimere nequit, homi- „ num torpore laborantium inces- „ sui haud quaquam dissimilis est„.
Et pag. 332. seq. „ Quis doctrina „ propter mores minus eguit? quis „ tamen uberiorem doctrinam cum „ moribus conjunxit? Quod disci- „ plinae genus est, in quo versa- „ tus non sit, atque ita eximie „ versatus, quasi in eo solo ela- „ borasset? sic mimirum omnia „ complexus, ut ne unum quidem „ quisquam: singula rursus ita ad „ summum, quasi nihil aliud prae- „ terea didicisset? Ad ingenii enim

„ acri-

Digitized by Google

„ (Judex ut aequum calculum ferens) jube,
„ Ut fas et aequum est, instar ancillae obsequi
„ Professioni dogmatis verissimi.
„ Studiisque sacrae paginae: justum est enim
„ Ut sophiae Sancti Spiritus, quae caelite

„ Pro-

„ acrimoniam studium accedebat: „ ex quibus imperium artibus scientiisque comparatur. Qui cum „ celeritate naturae propter laborem et contentionem minime opus „ haberet, quemadmodum nec labore propter ingenii magnitudinem: sic tamen utrumque conjunxerat, ut non satis liqueret, „ utro nomine admirabilior esset. „ Quis in Rhetorica, illa, inquam, „ vim ignis spirante, cum eo comparandus, tametsi illius mores a „ Rhetorum moribus dissiderent? „ Quis in Grammatica, quae linguam ad Graecismum format, „ historias colligit, metris praeest, „ carminibus leges praescribit? Quis „ in Philosophia, excelsa proculdubio scientia, et sursum gradiente, sive eam partem spectes, quae in actione et speculatione posita est, sive eam, quae „ in logicis demonstrationibus, aut „ oppositionibus, et concertationibus versatur, quam Dialecticam „ vocant: in qua adeo excelluit, „ ut iis, qui cum eo disputabant, „ facilius esset, e labyrinthis sese „ extricare, quam argumentorum „ ejus laqueos effugere, si quando „ res ita postularet. Jam vero Astronomiam, Geometriam, numerorum proportiones hactenus didicisse contentus, ut non ab iis, „ qui in hujusmodi rebus sciti et „ eruditi sunt, exagitaretur: quiequid supererat, ut pietatis cultoribus infrugiferum contempsit: „ adeo ut et quod elegit, magis „ admirari ac praedicare liceat, „ quam quod reliquit: et rursus „ id, quod reliquit, majori laude „ efferre, quam quod elegit. Nam „ Medicinam, quae Philosophiae, „ et laboris atque industriae fructus est, corporis morbus, ac „ morbi curatio, necessariam ipsi „ reddiderat. Unde exorsus, ad „ artis habitum tandem pervenit. „ Eam porro artis partem intelligo, non quae circa perspicua, „ oculisque subjecta, et humilia „ versatur, sed quae in doctrina „ et Philosophia consistit „.

Digitized by Google

„ Profluxit aula, venit et summo a Deo,
„ Ut domina praestet inferae sapientiae;
„ Famulaeque ritu discat haec non turgidum
„ Concipere fastum, jussa sed prompte exequi
„ Servire superae nam decet certe inferam. „

XVI. Nec minus perspicua sunt in eamdem rem Latinorum Scriptorum, Patrumque testimonia. Tertullianus enim in libro de Idololatria (63) etsi neget fas Christiano esse litteras docere, propterea quod ea aetate, qui scholis praeerant, sese ut plurimum impio Idolorum cultu polluere cogebantur, licere tamen humanis disciplinis imbui non negat; quin immo earum cognitionem ad cognitionem rerum divinarum requiri fatetur. „ Scimus, *inquit*, dici posse, Si docere litteras Dei servis non licet, etiam nec discere licebit. Et quomodo „ quis institueretur ad prudentiam interim humanam, „ vel ad quemcunque sensum vel actum, cum instrumentum sit ad omnem vitam litteratura? Quomodo „ repudiamus secularia studia, sine quibus divina non „ possunt? Videamus igitur necessitatem litteratoriae „ eruditionis, respiciamus ex parte eam admitti non „ posse, ex parte vitari: fideles magis discere quam docere litteras capit. Diversa est enim ratio discendi et „ docendi. Si fidelis litteras doceat insertas Idolorum „ praedicatione, sine dubio dum docet, commendat: „ dum tradit, affirmat: dum commemorat, testimonium dicit. Deos ipsos hoc nomine obsignat, cum „ lex prohibeat (ut diximus) deos pronunciari, et nomen hoc in vano collocari. Hinc prima diabolo „ fides

(63) Cap. X. Edit. Paris. MDXCVIII. pag. 284. seq.

„ fides aedificatur ab initiis eruditionis. Quaere an Idolatriam committat, qui de Idolis catechizat. At „ cum fidelis haec discit, si jam sapit qui sit, neque „ recipit, neque admittit, multo magis si nondum sapit. Aut ubi coeperit sapere, prius sapiat oportet „ quod prius didicit, id est de Deo et fide. Proinde „ illa respuet nec recipiet. Et erit tam tutus quam „ qui sciens venenum ab ignaro accipit, nec bibit. Huic „ necessitas ad excusationem deputatur, quia aliter „ discere non potest. „ Et in libro de Resurrectione carnis (64): „ Haeretici inde statim incipiunt, et inde „ praestruunt, dehinc interstruunt unde ſciunt facile capi „ mentes, de communione favorabili sensuum. An „ aliud prius, vel magis audias ab haeretico quam „ ab ethnico? et non protinus, et non ubique convicium carnis in originem, in materiam, in casum, „ in omnem exitum ejus, immundae a primordio ex „ faecibus terrae, immundioris deinceps ex seminis sui „ limo, frivolae, infirmae, criminosae, onerosae, molestae? ..... Igitur quoniam et rudes quique de „ communibus adhuc sensibus sapiunt, et dubii et simplices per eosdem sensus denuo inquietantur: et ubique primus iste in nos aries temperatur, quo carnis „ conditio quassatur, necessario et a nobis carnis primum conditio munietur. Vituperationem laudatione „ depellas. Ita nos rethoricari quoque provocant haeretici, sicut etiam philosophari. „ Lactantius Institutionum divinarum libro tertio (65): „ Multis artibus opus „ est, ut ad Philosophiam possit accedi. Discendae

I „ istae

(64) Cap. IV. pag. 678.
(65) Cap. XXV. Edit. Paris. MDCCXLVIII. Tom. 1. pag. 257.

„ istae communes litterae propter usum legendi, quia „ in tanta rerum varietate, nec diſci audiendo possunt „ omnia, nec memoria contineri. Grammaticis quoque „ non parum operae dandum est, ut rectam loquendi „ rationem ſcias. Id multos annos auferat necesse est. „ Nec oratoria quidem ignoranda est; ut ea, quae di- „ diceris, proferre atque eloqui possis. Geometria quoque, „ ac musica et astrologia necessaria est; quod hae artes cum „ Philosophia habent aliquam societatem.„ S. Ambrosius De fide resurrectionis libro ſecundo, cum numero trigesimo (66) ad sententiam suam confirmandam idoneum ex Ecclesiastis capite quarto locum attulisset, numero trigesimo primo: „ Quis, *ait*, hoc dixit, nisi ille qui sapien- „ tiam poposcit et impetravit; ut sciret compositionem „ orbis terrarum, et virtutem elementorum, anni cur- „ sus, et stellarum dispositiones, non ignoraret natu- „ ras animalium, et iras colligeret bestiarum, vim ven- „ torum, et cogitationes hominum deprehenderet? Quem „ igitur non latuerunt caelestia, quemadmodum late- „ rent mortalia? Qui cogitationem mulieris investigavit „ sibi infantem vindicantis alienum, qui naturas anima- „ lium, quas non acceperat, divina tamen gratia aspi- „ rante cognovit: hic de ſuae conditione naturae, quam „ in se expertus est errare aut mentiri potuit?„ S. Hieronymus Epistola septuagesima (67) ad Magnum Oratorem urbis Romae, eidem quaerenti, cur in opusculis suis secularium litterarum interdum poneret exempla, in haec verba reſpondit: „ Nunquam hoc quaere- „ res,

(66) Tom. IV. Opp. Edit. Venet. MDCCLI. col. 207. seq.

(67) Num. 2. seqq. Edit. cit. Tom. 1. col. 424. seqq.

„ res, nisi te totum Tullius possideret; si Scripturas sanctas legeres, si interpretes earum, omisso Volcatio, evolveres. Quis enim neſciat et in Moyse, et in Prophetarum voluminibus quaedam assumta de Gentilium libris, et Salomonem Philosophis Tyri et nonnulla proposuisse, et aliqua respondisse? Unde in exordio Proverbiorum commonet, ut intelligamus sermones prudentiae, versutiasque verborum, parabolas, et obscurum sermonem, dicta sapientum, et aenigmata, quae proprie Dialecticorum et Philoſophorum ſunt. Sed et Paulus Apostolus Epimenidis Poetae abusus versiculo est, scribens ad Titum: *Cretenses semper mendaces, malae bestiae, ventres pigri*. Cujus heroici hemistichium postea Callimacus usurpavit. Nec mirum si apud Latinos metrum non servet ad verbum expressa translatio, quum Homerus eadem lingua versus in prosam vix cohaereat. In alia quoque Epistola, Menandri ponit senarium: *Corrumpunt mores bonos confabulationes pessimae*. Et apud Athenienses in Martis curia disputans, Aratum testem vocat. *Ipsius enim et genus sumus*, quod graece dicitur τοῦ γαρ καὶ γένος ἐσμὲν; et est clausula versus heroici. Ac ne parum hoc esset, ductor Christiani exercitus, et orator invictus pro Christo caussam agens, etiam inſcriptionem fortuitam, arte torquet in argumentum fidei. Didicerat enim a vero David, extorquere de manibus hostium gladium, et Goliae superbissimi caput proprio mucrone truncare. Legerat in Deuteronomio Domini voce praeceptum, mulieris captivae radendum caput, supercilia, omnes pilos, et ungues corporis amputandos, et sic eam habendam

„ in conjugio . Quid ergo mirum , si et ego sapientiam
„ secularem propter eloquii venustatem, et membrorum
„ pulchritudinem , de ancilla atque captiva Israelitidem
„ facere cupio ? et ſi quidquid in ea mortuum est , idolola-
„ triae, voluptatis, erroris, libidinum , vel praecido , vel
„ rado: et mixtus purissimo corpori vernaculos ex ea
„ genero Domino Sabaoth ? Labor meus in familiam Chri-
„ sti proficit ; stuprum in alienam , auget numerum con-
„ servorum . Osee accepit uxorem fornicariam Gomer
„ filiam Debelaim , et nascitur ei de meretrice filius
„ Jezrael, qui vocatur *semen Dei* . Isaias novacula acuta
„ barbam , et crura peccantium radit : et Ezechiel in ty-
„ po fornicantis Jeruſalem, tondet caeſariem suam ; ut
„ quidquid in ea absque sensu et vita est , auferatur .
„ Cyprianus vir eloquentia pollens et martyrio , Fir-
„ miano narrante, mordetur , cur adversus Demetrianum
„ scribens, testimoniis usus sit Prophetarum , et Apo-
„ stolorum, quae ille ficta et commentitia esse dicebat ,
„ et non potius Philosophorum et Poetarum , quorum
„ auctoritati , ut Ethnicus, contraire non poterat . Scri-
„ pserunt contra nos Celsus atque Porphyrius : priori Orige-
„ nes , alteri Methodius , Eusebius , et Appollinaris fortis-
„ sime responderunt . Quorum Origenes octo scripsit li-
„ bros : Methodius usque ad decem millia procedit ver-
„ suum: Eusebius, et Appollinaris vigintiquinque, et triginta
„ volumina condiderunt . Lege eos , et invenies nos compa-
„ ratione eorum imperitissimos : et post tanti temporis
„ otium , vix quaſi per somnium quod pueri didicimus ,
„ recordari . Julianus Augustus septem libros in expe-
„ ditione Parthica , adversum Christum evomuit ; et jux-
„ ta

Digitized by Google

„ ta fabulas Poetarum, suo se ense laceravit. Si contra
„ hunc scribere tentavero, puto interdices mihi, ne rabi-
„ dum canem, Philosophorum et Stoicorum doctrinis, id est
„ Herculis clava percutiam? quamquam Nazarenum nostrum,
„ et (ut ipse solebat dicere) Galilaeum, statim in prae-
„ lio senserit; et mercedem linguae putidissimae, conto
„ ilia perfossus acceperit. Josephus antiquitatem appro-
„ bans Judaici populi, duos libros scripsit contra Ap-
„ pionem Alexandrinum Grammaticum: et tanta secularium
„ profert testimonia ut mihi miraculum subeat, quomo-
„ do vir Hebraeus, et ab infantia sacris litteris eruditus,
„ cunctam Graecorum Bibliothecam evolverit. Quid lo-
„ quar de Philone, quem vel alterum, vel Judaeum Pla-
„ tonem critici pronunciant? Curram per singulos: Qua-
„ dratus Apostolorum discipulus, et Atheniensis Pontifex
„ Ecclesiae, nonne Adriano Principi, Eleusinae sacra in-
„ visenti, librum pro nostra religione tradidit? Et tan-
„ tae admirationi omnibus fuit, ut persecutionem gravis-
„ simam, illius excellens sedaret ingenium. Aristides Phi-
„ losopus, vir eloquentissimus, eidem Principi Apolo-
„ geticum pro Christianis obtulit, contextum Philoso-
„ phorum sententiis: quem imitatus postea Justinus, et
„ ipse Philosophus, Antonino Pio et filiis ejus, sena-
„ tuique librum contra Gentiles tradidit, defendens igno-
„ miniam crucis, et resurrectionem Christi tota praedicans
„ libertate. Quid loquar de Melitone Sardensi Episco-
„ po? Quid de Apollinario Hierapolitanae Ecclesiae Sa-
„ cerdote, Dionysioque Corinthiorum Episcopo, et Ta-
„ tiano, et Bardesane, et Irenaeo Photini Martyris suc-
„ cessore: qui origines haereseon singularum, et ex qui-
„ bus

„ bus philosophorum fontibus emanarint, multis volumi-
„ nibus explicarunt? Pantaenus Stoicae Sectae Philoso-
„ phus, ob praecipuae eruditionis gloriam, a Demetrio
„ Alexandriae Episcopo missus est in Indiam, ut Christum
„ apud Brachmanas, et illius gentis Philosophos prae-
„ dicaret. Clemens Alexandrinae Ecclesiae Presbyter, meo
„ judicio omnium eruditissimus, octo scripsit Stroma-
„ tum libros; et totidem ὑποτυπώσεων, et alium contra gen-
„ tes, Paedagogi quoque tria volumina. Quid in illis in-
„ doctum, immo quid non de media Philosophia est? Hunc
„ imitatus Origenes, decem scripsit Stromateas, Christia-
„ norum et Philosophorum inter se sententias comparans:
„ et omnia nostrae religionis dogmata de Platone et Ari-
„ stotele, Numenio, Cornutoque confirmans. Scripsit
„ et Miltiades contra Gentes volumen egregium. Hyppo-
„ litus quoque, et Apollonius, Romanae urbis Senator,
„ propria opuscula condiderunt. Extant et Julii Africa-
„ ni libri, qui temporum scripsit historias; et Theodori,
„ qui postea Gregorius apppellatus est, viri Apostolicorum
„ signorum atque virtutum, et Dionysii Alexandrini Episcopi:
„ Anatolii quoque Laodicenae Ecclesiae Sacerdotis; nec-
„ non Presbyterorum Pamphili, Pierii, Luciani, Malchio-
„ nis, Eusebii Caesariensis Episcopi, et Eustathii Antio-
„ cheni, et Athanasii Alexandrini: Eusebii quoque Emise-
„ ni, et Triphilii Cyprii, et Asterii Scythopolitae, et Se-
„ rapionis Confessoris: Titi quoque Bostrensis Episcopi:
„ Cappadocumque Basilii, Gregorii, Amphilochii, qui
„ omnes intantum Philosophorum doctrinis atque senten-
„ tiis suos refarciunt libros, ut nescias quid in illis pri-
„ mum admirari debeas, eruditionem seculi, an scientiam
„ Scri-

Digitized by Google

„ Scripturarum . Veniam ad Latinos . Quid Tertulliano „ eruditius , quid acutius ? Apologeticus ejus , et contra „ Gentes libri , cunctam seculi obtinent disciplinam .. Mi„ nutius Felix causidicus Romani fori , in libro , cui ti„ tulus Octavius est : et in altero contra Mathematicos „ (si tamen inscriptio non mentitur auctorem) quid Gen„ tilium scripturarum dimisit intactum ? Septem libros „ adversus Gentes Arnobius edidit , totidemque discipu„ lus ejus Lactantius, qui de Ira quoque , et Opificio Dei „ duo volumina condidit : quos si legere volueris , dialo„ gorum Ciceronis in eis ἐπιτομὴν reperies . Victorino Mar„ tyri in libris suis , licet desit eruditio , tamen non deest „ eruditionis voluntas . Cyprianus , Quod idola dii non „ sint, qua brevitate , qua historiarum omnium scientia , „ quorum verborum et sensuum splendore perstrinxit ? Hi„ larius meorum Confessor temporum et Episcopus, duo„ decim Quintiliani libros et stylo imitatus est , et nume„ ro : brevique libello , quem scripsit contra Dioscorum „ Medicum , quid in litteris possit , ostendit . Juvencus „ Presbyter, sub Constantino historiam Domini Salvatoris „ versibus explicavit : nec pertimuit Evangelii majestatem „ sub metri leges mittere . De caeteris vel mortuis , vel „ viventibus taceo : quorum in scriptis suis et vires ma„ nifestae sunt et voluntas . Nec statim prava opi„ nione fallaris , contra Gentes hoc esse licitum , in aliis „ disputationibus dissimulandum , quia omnes pene om„ nium libri , exceptis his qui cum Epicuro litteras non „ didicerunt , eruditionis doctrinaeque plenissimi sunt “ . S. Augustinus de Doctrina Christiana libro secundo recensens , quae in Christiano doctore ad sacras litteras intelli-

Digitized by Google

ligendas, explicandasque requiruntur, capite undecimo (68) scribit: "Latinae quidem linguae homines, quos nunc „ instruendos suscepimus, duabus aliis ad Scripturarum di- „ vinarum cognitionem opus habent, hebraea scilicet et „ graeca, ut ad exemplaria praecedentia recurratur, si „ quam dubitationem attulerit latinorum interpretum in- „ finita verietas. Quamquam et hebraea verba non inter- „ pretata saepe inveniamus in libris, sicut *Amen*, et *Halle-* „ *luja*, et *Racha*, et *Hosanna*, et si qua sunt alia; quorum „ partim propter sanctiorem auctoritatem, quamvis in- „ terpretari potuissent, servata est antiquitas, sicut est „ *Amen*, et *Halleluja*, partim vero in aliam linguam tran- „ sferri non potuisse dicuntur, sicut alia duo quae posui- „ mus. Sunt enim quaedam verba ceterarum linguarum, „ quae in usum alterius linguae per interpretationem tran- „ sire non possint. Et hoc maxime interjectionibus ac- „ cidit, quae verba motum animi significant potius, quam „ sententiae conceptae ullam particulam: nam et haec duo „ talia esse perhibentur; dicunt enim *Racha* indignantis „ esse vocem, *Hosanna* laetantis. Sed non propter haec, „ pauca, quae notare atque interrogare facillimum est, „ sed propter diversitates, ut dictum est, interpretum, „ illarum linguarum est cognitio necessaria. „ Tum capi- te decimosexto (69): "In translatis . . . signis, si qua forte „ ignota cogunt haerere lectorem, partim linguarum no- „ titia, partim rerum, investiganda sunt. Aliquid enim „ ad similitudinem valet, et procul dubio secretum quid- „ dam insinuat Siloe piscina, ubi faciem lavare jussus „ est,

(68) Num. 16. Tom. III. Edit. cit. col. 24. seq.

(69) Num. 23. seqq. col. 28. seqq.

„ est cui oculos Dominus luto de sputo facto inunxerat:
„ quod tamen nomen linguae incognitae, nisi Evangelista
„ interpretatus esset, tam magnus intellectus lateret. Sic
„ etiam multa, quae ab auctoribus eorumdem librorum in-
„ terpretata non sunt, nomina hebraea, non est dubitan-
„ dum habere non parvam vim atque adjutorium ad sol-
„ venda aenigmata Scripturarum, si quis ea possit inter-
„ pretari; quod nonnulli ejusdem linguae periti viri, non
„ sane parvum beneficium posteris contulerunt, qui se-
„ parata de Scripturis eadem omnia verba interpretati sunt,
„ et quid sit Adam, quid Eva, quid Abraham, quid Moyses,
„ sive etiam locorum nomina, quid sit Jerusalem, vel Sion, vel
„ Jerico, vel Sina, vel Libanus, vel Jordanis, vel quae-
„ cumque alia in illa lingua nobis sunt incognita nomi-
„ na: quibus apertis et interpretatis multae in Scripturis
„ figuratae locutiones manifestantur. Rerum autem igno-
„ rantia facit obscuras figuratas locutiones, cum igno-
„ ramus vel animantium, vel lapidum, vel herbarum na-
„ turas, aliarumve rerum, quae plerumque in Scripturis
„ similitudinis alicujus gratia ponuntur. Nam et de ser-
„ pente quod notum est, totum corpus eum pro capite
„ objicere ferientibus, quantum illustrat sensum illum,
„ quo Dominus jubet astutos nos esse sicut serpentes, ut
„ scilicet pro capite nostro, quod est Christus, corpus
„ potius persequentibus offeramus, ne fides Christiana
„ tamquam necetur in nobis, si parcentes corpori nege-
„ mus Deum? vel illud quod per cavernae angustias coar-
„ ctatus, deposita veteri tunica vires novas accipere dici-
„ tur, quantum concinit ad imitandam ipsam serpentis
„ astutiam, exuendumque ipsum veterem hominem, sicut

„ Apostolus dicit , ut induamur novo ; et exuendum per
„ angustias , dicente Domino , *Intrate per angustam portam*?
„ Ut ergo notitia naturae serpentis illustrat multas simi-
„ litudines , quas de hoc animante dare Scriptura con-
„ suevit , sic ignorantia nonnullorum animalium , quae
„ non minus per similitudines commemorat , impedit plu-
„ rimum intellectorem . Sic lapidum , sic herbarum , vel
„ quaecumque tenentur radicibus . Nam et carbunculi no-
„ titia , quod lucet in tenebris , multa illuminat etiam
„ obscura librorum , ubicumque propter similitudinem po-
„ nitur : et ignorantia berilli vel adamantis claudit plerum-
„ que intelligentiae fores . Nec aliam ob causam facile
„ est intelligere pacem perpetuam significari oleae ramu-
„ sculo , quem rediens ad arcam columba pertulit , nisi
„ quia novimus et olei lenem contactum non facile alieno
„ humore corrumpi , et arborem ipsam frondere peren-
„ niter . Multi autem propter ignorantiam hyssopi , dum
„ nesciunt quam vim habeat , vel ad purgandum pulmo-
„ nem , vel ut dicitur , ad saxa radicibus penetranda , cum
„ sit herba brevis atque humilis , omnino invenire non pos-
„ sunt , quare sit dictum , *Asperges me hyssopo , et munda-*
„ *bor* . Numerorum etiam imperitia multa facit non in-
„ telligi translate ac mystice posita in Scripturis . Inge-
„ nium quippe , ut ita dixerim , ingenuum non potest
„ non moveri quid sibi velit , quod et Moyses , et Elias,
„ et ipse Dominus quadraginta diebus jejunaverunt . Cu-
„ jus actionis figuratus quidam nodus nisi hujus numeri
„ cognitione et consideratione solvitur...... Non pauca
„ etiam claudit , atque obtegit nonnulla rerum musicarum
„ ignorantia . Nam et de psalterii et citharae differentia ,
„ qui-

„ quidam non inconcinne aliquas rerum figuras aperuit ; „ et decem chordarum psalterium non importune inter „ doctos quaeritur , utrum habeat aliquam musicae le- „ gem , quae ad tantum nervorum numerum cogat ; an „ vero si non habet , eo ipso magis sacrate accipiendus „ sit ipse numerus , vel propter decalogum legis , de quo „ item numero si quaeratur , nonnisi ad Creatorem crea- „ turamque referendus est; vel propter superius expositum „ ipsum denarium . Et ille numerus aedificationis templi , „ qui commemoratur in Evangelio , quadraginta scilicet „ et sex annorum , nescio quid musicum sonat , et rela- „ tus ad fabricam dominici corporis , propter quam tem- „ pli mentio facta est , cogit nonnullos haereticos confi- „ teri Filium Dei non falso , sed vero et humano corpo- „ re indutum : et numerum quippe et musicam plerisque „ locis in sanctis Scripturis honorabiliter posita inveni- „ mus „ . Indę capite vigesimo septimo , et vigesimo octa- vo (70) „ Jam vero illa quae non instituendo , sed aut „ transacta temporibus, aut divinitus instituta , investi- „ gando homines prodiderunt, ubicumque discantur, non „ sunt hominum instituta existimanda . Quorum alia sunt „ ad sensum corporis , alia vero ad rationem animi perti- „ nentia . Sed illa quae sensu corporis adtinguntur , vel „ narrata credimus , vel demonstrata sentimus ; vel exper- „ ta conjicimus . Quidquid igitur de ordine temporum „ transactorum indicat ea, quae appellatur Historia, plu- „ rimum nos adjuvat , ad sanctos libros intelligendos , „ etiamsi praeter Ecclesiam puerili eruditione discatur . „ Nam et per Olympiades, et per Consulum nomina mul-

 „ ta

(70) Num. 41. seqq. col. 35. seqq.

„ ta saepe quaeruntur a nobis, et ignorantia consulatus,
„ quo natus est Dominus, et quo passus est, nonnullos
„ coegit errare, ut putarent quadraginta sex annorum
„ aetate passum esse Dominum, quia per tot annos aedi-
„ ficatum esse templum dictum est a Judaeis, quod ima-
„ ginem Dominici corporis habebat. Et annorum quidem
„ fere triginta baptizatum esse retinemus auctoritate
„ Evangelica. Sed postea quot annos in hac vita egerit,
„ quamquam textu ipso actionum ejus animadverti pos-
„ sit, tamen ne aliunde caligo dubitationis oriatur, de
„ historia gentium collata cum Evangelio liquidius certius-
„ que colligitur. Tunc enim videbitur non frustra esse
„ dictum, quod quadraginta sex annis templum aedifica-
„ tum sit, ut cum referri iste numerus ad aetatem Domi-
„ ni non potuerit, ad secretiorem instructionem humani
„ corporis referatur, quo indui propter nos non dedi-
„ gnatus est unicus Dei Filius, per quem facta sunt om-
„ nia. De utilitate autem historiae, ut omittam Graecos,
„ quantam noster Ambrosius quaestionem solvit calumnian-
„ tibus Platonis lectoribus et dilectoribus, qui dicere
„ ausi sunt, omnes Domini Jesu Christi sententias, quas
„ mirari et praedicare coguntur, de Platonis libris eum
„ didicisse, quoniam longe ante humanum adventum
„ Domini Platonem fuisse negari non potest. Nonne me-
„ moratus Episcopus considerata historia gentium, cum
„ reperisset Platonem Jeremiae prophetae temporibus
„ profectum fuisse in Aegyptum, ubi propheta ille tunc
„ erat, probabilius esse ostendit, quod Plato potius no-
„ stris litteris per Jeremiam fuerit imbutus, ut illa pos-
„ set docere vel scribere, quae jure laudantur? Ante lit-

„ te-

Digitized by Google

„ teras enim gentis Hebraeorum, in qua unius Dei cultus „ emicuit, ex qua secundum carnem venit Dominus noster, nec ipse quidem Pythagoras fuit a cujus posteris „ Platonem theologiam didicisse isti asserunt. Ita consideratis temporibus fit multo credibilius, istos potius „ de litteris nostris habuisse quaecumque bona et vera „ dixerunt., quam de Platonis Dominum nostrum Jesum „ Christum, quod dementissimum est credere". Post capite vigesimo nono et proximis (71).: „ Siderum... „ cognoscendorum non narratio, sed demonstratio est, „ quorum perpauca Scriptura commemorat. Sicut autem „ plurimis notus est lunae cursus, qui etiam ad passionem Domini anniversarie celebrandam solemniter adhibetur, sic paucissimis ceterorum quoque siderum vel ortus, vel occasus, vel alia quaelibet momenta sine ullo sunt „ errore notissima....Habet autem praeter demonstrationem „ praesentium, etiam praeteritorum narrationi simile aliquid, „ quod a praesenti positione, motuque siderum et in praeterita eorum vestigia regulariter licet recurrere. Habet etiam „ futurorum regulares conjecturas non suspiciosas et ominosas, sed ratas et certas, non ut ex eis aliquid trahere in nostra fata et eventa tentemus, qualia Genethliacorum deliramenta sunt, sed quantum ad ipsa pertinet sidera. Nam sicut is qui computat lunam, cum „ hodie inspexerit, quota sit, et ante quotlibet annos „ quota fuerit, et post quotlibet annos quota futura sit, „ potest dicere; sic de unoquoque siderum, qui ea perite „ computant, respondere consueverunt. De qua tota cognitione, quantum ad usum ejus attinet, quid mihi vi-

„ de-

(71) Num. 46. seqq. col. 37. seq.

„ deretur, aperui. Artium etiam ceterarum, quibus aliquid „ fabricatur, vel quod remaneat post operationem artificis ab „ illo effectum, sicut domus, et scamnum, et vas aliquod, „ atque alia hujuscemodi, vel quae ministerium quoddam ex- „ hibent operanti Deo, sicut medicina, et agricultura, et „ gubernatio, vel quarum omnis effectus est actio, si- „ cut saltationum et cursionum, et luctaminum: harum „ ergo cunctarum artium de praeteritis experimenta fa- „ ciunt etiam futura conjici. Nam nullus earum artifex „ membra movet in operando, nisi praeteritorum memo- „ riam cum futurorum expectatione contexat. Harum au- „ tem cognitio tenuiter in ipsa humana vita, cursimque „ usurpanda est, non ad operandum, nisi forte officium ali- „ quod cogat, de quo nunc non agimus; sed ad judican- „ dum, ne omnino nesciamus quid Scriptura velit insi- „ nuare, cum de his artibus aliquas figuratas locutiones „ inserit. Restant ea, quae non ad corporis sensus, sed „ ad rationem animi pertinent, ubi disciplina regnat di- „ sputationis et numeri. Sed disputationis disciplina ad „ omnia genera quaestionum, quae in litteris sanctis sunt, „ penetranda et dissolvenda plurimum valet; tantum ibi „ cavenda est libido rixandi, et puerilis quaedam osten- „ tatio decipiendi adversarium. Sunt enim multae, quae „ appellantur sophismata, falsae conclusiones rationum, „ et plerumque ita veras imitantes, ut non solum tardos, „ sed ingeniosos etiam minus diligenter attentos deci- „ piant. „ Postremo capite quadragesimo (72): " Philoso- „ phi... qui vocantur, si qua forte vera, et fidei nostrae „ accommoda dixerunt, maxime Platonici, non solum „ formidanda non sunt, sed ab eis etiam tamquam inju-

(72) Num. 60. seq. col. 42.

„ stis

„ stis possessoribus in usum nostrum vindicanda. Sicut
„ enim Aegyptii non solum idola habebant et onera gra-
„ via, quae populus Israel detestaretur et fugeret, sed et
„ vasa atque ornamenta de auro et argento, et vestem:
„ quae ille populus exiens de Aegypto sibi potius tamquam
„ ad usum meliorem clanculo vindicavit, non auctorita-
„ te propria, sed praecepto Dei, ipsis Aegyptiis nescien-
„ ter commodantibus ea, quibus non bene utebantur: sic
„ doctrinae omnes Gentilium non solum simulata et su-
„ perstitiosa figmenta, gravesque ſarcinas ſupervacanei la-
„ boris habent, quae unusquisque nostrum, duce Christo,
„ de societate Gentilium exiens debet abominari atque
„ devitare, sed etiam liberales disciplinas usui veritatis
„ aptiores, et quaedam morum praecepta utilissima con-
„ tinent, deque ipso uno Deo colendo nonnulla vera in-
„ veniuntur apud eos, quod eorum tamquam aurum et
„ argentum, quod non ipsi instituerunt, sed de quibus-
„ dam quasi metallis divinae providentiae, quae ubique
„ infusa est, eruerunt, et quo perverse atque injuriose
„ ad obsequia daemonum abutuntur, cum ab eorum mi-
„ sera societate sese animo separat, debet ab eis auferre
„ Christianus ad usum justum praedicandi Evangelii. Ve-
„ stem quoque illorum, id est, hominum quidem insti-
„ tuta, sed tamen accommodata humanae societati, qua
„ in hac vita carere non possumus, accipere atque habe-
„ re licebit in usum convertenda Christianum. Nam quid
„ aliud fecerunt multi boni fideles nostri? Nonne aspici-
„ mus quanto auro et argento et veste suffarcinatus exie-
„ rit de Aegypto Cyprianus doctor suavissimus, et mar-
„ tyr beatissimus? Quanto Lactantius? Quanto Victori-
„ nus,

„ nus, Optatus, Hylarius? Ut de vivis taceam, quanto „ innumerabiles Graeci? Quod prior ipse fidelissimus Dei famulus Moyses fecerat, de quo scriptum est, quod eruditus fuerit omni sapientia Aegyptiorum. „ Mitto ceteros (73), quorum testimonia magno numero proferre „ fa-

(73) Ex his sunt Claudianus Mamertus, Cassiodorus, Boethius, et Beda. Nam Claudianus Mamertus in Prologo ad libros de statu animae Edit. Basileae ann. MDXX. pag. 34. „ Primus, *inquit*, liber in „ sui primordio breviter astruit im„ passibilem divinitatem nulli pror„ sus affectui subjacere. Post de „ Animae statu, varium cum ad„ versario luctamen alternat. Ab„ hinc itidem ad erudiendum in ea, „ quae sunt obscuriora, lectorem „ quippiam ex Geometricis et Ari„ thmeticis atque etiam et Dialecticis, „ et nonnullis, prout interfuit usui „ Philosophiae nec non regulis mo„ deste ac moderate, et quam po„ tuit parciter praelibavit, habita „ identidem cum adversa parte con„ gressione „. Cassiodorus de Institutione Divinarum Litterarum cap. XXVII., et XXVIII. Edit. Opp. Rotomagi 1679. Tom. II. pag. 553. seq. „ Illud quoque commonendum „ esse credidimus, quoniam tam in „ sacris litteris, quam in exposito„ ribus doctissimis multa per sche„ mata, multa per definitiones, „ multa per artem Grammaticam, „ multa per artem Rhetoricam, „ multa per Dialecticam, multa per „ disciplinam Arithmeticam, mul„ ta per Musicam, multa per di„ sciplinam Geometricam, mul„ ta per Astronomicam intelligere „ possumus; non abs re esse in„ stituta secularium magistrorum, „ artes scilicet ac disciplinas cum „ suis divisionibus in sequenti libro „ paucis attingere; quatenus et qui „ talia didicerunt, breviter admo„ neantur; et qui latius fortasse le„ gere minime potuerunt, aliquid „ exinde compendiosa brevitate co„ gnoscant. Est enim rerum ista„ rum procul dubio (sicut et Patri„ bus nostris visum est) utilis et „ non refugienda cognitio, quando „ eam in litteris sacris tamquam in „ origine generalis perfectaeque sa„ pientiae ubique reperis esse dif„ fusam. Nam cum ibi reddita fue„ rint atque monstrata, sensus ve„ ster ad intelligendum modis om„ nibus adjuvatur. Sit ergo anti„ quo-

Digitized by Google

„ facile possem, ne in re non meo solum, sed etiam om-

L „ nium

„ quorum labor opus nostrum; ut „ quod illi latius plurimis codicibus „ ediderunt, nos brevissime (sicut „ jam dictum est) secundo volu- „ mine collecta pandamus. Et quod „ illi ad exercendas versutias de- „ rivarunt, nos ad veritatis obse- „ quia laudabili devotione revoce- „ mus; quatenus quae inde furti- „ vè sublata sunt, in obsequium „ rectae intelligentiae honesta con- „ ditione reddantur. Opus quidem „ (ut arbitror) necessarium, „ sed considerata difficultate perar- „ duum, in duobus libris com- „ prehendere velle divinarum et „ humanarum fontes copiosissimos „ litterarum. Ubi Sedulii versus illi „ dicendi sunt:

„ Grandia posco quidem: sed „ tu dare grandia nosti
„ Quem magis offendit, quisquis „ sperando tepescit.

„ Quod si quorumdam simplici- „ tas fratrum non potuerit, quae „ sunt in sequenti libro deflotata „ cognoscere: quia pene brevitas „ omnis obscura est; sufficiat eis „ summatim rerum divisiones, uti- „ litates, virtutesque perpendere, „ ut ad cognoscendam legem divi- „ nam fervida mentis intentione ra- „ piantur. Per diversos enim san- „ ctissimos Patres invenient, un- „ de desiderium suum plenissima „ possint ubertate satiare. Tantum „ sit legendi sincerus affectus, et „ intelligendi sobrium votum. Tunc „ salutaris assiduitas eruditos effi- „ ciet, quos in prima fronte pro- „ funditas lectionis exterruit: quia „ non tantum litterati, sed etiam, „ qui litteras nesciunt, accipiunt a „ Deo sapientiam. Sciamus tamen „ non in solis litteris positam esse „ prudentiam: sed perfectam sa- „ pientiam dare Deum unicuique „ prout vult. Nam si tantum in lit- „ teris esset scientia rerum bona- „ rum, qui litteras nesciunt, uti- „ que rectam sapientiam non habe- „ rent. Sed cum multi Agramma- „ ti ad verum intellectum perve- „ niant, rectamque fidem perci- „ piant caelitus aspiratam, dubium „ non est puris ac devotis sensibus „ Deum concedere, quod eis judi- „ cat expedire. Scriptum est enim: „ *Beatus homo, quem tu erudieris,* „ *Domine, lege tua docueris eum.* „ Quapropter actibus bonis et ora- „ tionibus assiduis hoc petendum „ est, ut ad veram fidem, opera- „ que sanctissima, ubi est vita no- „ stra.

Digitized by Google

„ nium, qui Patrum Opera evolverunt, judicio certa at-
„ que testata longior sim, quam oporteat.

XVI. Non

„ stra perpetua (Domino comitan-
„ te) veniamus. Legitur enim:
„ *Nisi Dominus aedificaverit do-*
„ *mum, in vanum laboraverunt, qui*
„ *aedificant eam*. Verumtamen nec
„ illud Patres sanctissimi decreve-
„ runt, ut secularium litterarum
„ studia respuantur: quia exinde
„ non minimum ad sacras scriptu-
„ ras intelligendas sensus noster
„ instruitur; si tamen, divina gra-
„ tia suffragante, notitia ipsarum
„ rerum sobrie, ac rationabiliter in-
„ quiratur; non ut in ipsis habea-
„ mus spem provectus nostri: sed
„ per ipsa transeuntes desideremus
„ nobis a Patre luminum proficuam
„ salutaremque sapientiam debere
„ concedi. Quanti enim philosophi
„ haec solummodo lectitantes, ad
„ fontem sapientiae non venerunt,
„ et vero lumine privati, ignoran-
„ tiae caecitate demersi sunt? Quo-
„ niam, sicut a quodam dictum
„ est: Numquam potest plenissime
„ investigari, quod non per viam
„ suam quaeritur. Multi iterum
„ Patres nostri talibus litteris eru-
„ diti, et in lege Domini perma-
„ nentes, ad veram sapientiam per-
„ venerunt, sicut beatus Augusti-
„ nus in libro de Doctrina Chri-
„ stiana meminit, dicens: Non aspi-
„ cimus quanto auro et argento et
„ veste suffarcinatus exierit de Ægy-
„ pto Cyprianus, et Doctor sua-
„ vissimus, et Martyr beatissimus:
„ quanto Lactantius: quanto Vi-
„ ctorinus, Optatus, Hilarius; nos
„ addimus Ambrosium, ipsumque
„ Augustinum, atque Hieronymum,
„ multosque alios innumerabiles
„ Graecos. Hoc etiam ipse fidelis-
„ simus Dei famulus Moyses fecit;
„ de quo scriptum est, quod eru-
„ ditus fuerit omni sapientia Ægy-
„ ptiorum. Quos nos imitantes,
„ cautissime quidem ac incunctan-
„ ter utrasque doctrinas, si possu-
„ mus, legere festinemus. Quis
„ enim audeat habere dubium, ubi
„ virorum talium multiplex prae-
„ cedit exemplum? Scientes plane
„ (sicut saepe jam dictum est) re-
„ ctam veramque sapientiam Domi-
„ num posse concedere, sicut ait
„ liber Sapientiae: *Sapientia a Do-*
„ *mino Deo est, et cum illo fuit*
„ *semper, et permanet in aeternum*.
„ Quapropter toto nisu, toto la-
„ bore, totis desideriis exquiramus,
„ ut ad tale tantumque munus, Do-
„ mi-

Digitized by Google

„ mino largiente, pervenire mereamur. Hoc enim nobis est salutare, „ proficuum, gloriosum, perpetuum; quod nulla mors, nulla „ mobilitas, nulla possit separare „ oblivio: sed in illa suavitate patriae, cum Domino faciet aeterna exultatione gaudere„. Boethius de Arithmetica lib. 1. cap. 1. Edit. Basileae MDXLVI. pag. 988. seq. „ Inter omnes priscae autoritatis viros, qui Pythagora duce puriore mentis ratione viguerunt, constare manifestum est, haud quenquam in Philosophiae disciplinis „ ad cumulum perfectionis evadere, nisi cui talis prudentiae nobilitas quodam quasi quadrivio „ vestigatur. Quod recte solertiam „ intuentis non latebit. Est enim „ sapientia, rerum quae sunt, suique immutabilem substantiam sortiuntur, comprehensio veritatis. „ Esse autem illa dicimus, quae „ nec intentione crescunt, nec retractione minuuntur, nec variationibus permutantur, sed in „ propria semper vi, suae se naturae subsidiis nixa custodiunt. „ Haec autem sunt qualitates, quantitates, formae, magnitudines, „ parvitates, aequalitates, habitudines, actus, dispositiones, loca, „ tempora, et quidquid adunatum „ quodam modo corporibus invenitur. Quae ipsa quidem natura „ incorporea sunt, et immutabilis „ substantiae ratione vigentia participatione vero corporis permutantur, et tactu variabilis rei, in „ vertibilem inconstantiam transeunt. Haec igitur (quoniam ut „ dictum est, natura immutabilem „ substantiam vimque sortita sunt) „ vere proprieque esse dicuntur. „ Horum igitur, idest, quae sunt „ proprie, quaeque suo nomine essentiae nominantur, scientiam „ sapientia profitetur. Essentiae autem geminae partes sunt una continua, et suis partibus juncta, „ nec ullis finibus distributa, ut est „ arbor, lapis, et omnia mundi hujus corpora, quae proprie magnitudines appellantur. Alia vero „ disjuncta a se, et determinata „ partibus, et quasi acervatim in unum redacta concilium, ut grex, populus, chorus, acervus, et quicquid „ eorum, quorum partes propriis extremitatibus terminantur, et ab „ alterius fine directae sunt. His, „ proprium nomen est multitudo. Rursus multitudinis alia „ sunt per se, ut tres vel quatuor, vel tetragonus, vel quilibet numerus, qui ut sit nullo indiget. Alia vero per seipsa „

„ sa non constant, sed ad quiddam „ aliud referuntur, ut duplum: „ ut dimidium, ut sesquialterum, „ vel sesquitertium, et quicquid „ tale est, quod nisi relatum sit „ ad aliud ipsum esse non possit. „ Magnitudinis vero, alia sunt „ manentia, motuque carentia, „ alia vero, quae mobili semper „ rotatione vertuntur, nec ullis „ temporibus acquiescunt. Horum „ ergo, illam multitudinem quae „ per se est, Arithmetica specu- „ latur integritas. Illam vero quae „ ad aliquid musici modulaminis „ temperamenta pernoscunt. Im- „ mobilis vero magnitudinis, Geo- „ metrica notitiam pollicetur. No- „ bilis scientiam Astronomicae di- „ sciplinae peritia vendicavit. Qui- „ bus quatuor partibus si careat „ inquisitor, verum invenire non „ possit, ac sine hac quidem spe- „ culatione veritatis nulli recte sa- „ piendum est. Est enim sapientia „ earum rerum quae vere sunt, „ cognitio, et integra comprehen- „ sio. Quod haec qui spernit, „ idest, has semitas sapientiae, ei „ denuncio non recte Philosophan- „ dum. Siquidem Philosophia est „ amor sapientiae quam in his „ spernendis ante contempserit. Il- „ lud quoque addendum arbitror, „ quod cuncta vis multitudinis ab „ uno progressa termino, ad infi- „ nita pergressionis augmenta con- „ crescit. Magnitudo vero, a fi- „ nita inchoans quantitate, modum „ in divisione non recipit. Infini- „ tissimas enim sui corporis susci- „ pit sectiones. Hanc igitur natu- „ rae infinitatem indeterminatamque „ potentiam, Philosophia sponte „ repudiat. Nihil enim quod infi- „ nitum est vel scientia potest col- „ ligi, vel mente comprehendi. „ Sed hinc sumpsit sibi ipsa ratio, „ in quibus possit indagatricem „ veritatis exercere solertiam. De- „ legit enim de infinitae multitu- „ dinis pluralitate, finitae termi- „ num quantitatis, et interminabi- „ lis magnitudinis sectione rejec- „ ta, definita sibi ad cognitionem „ spatia depoposcit. Constat igitur „ quisquis haec praetermiserit, om- „ nem Philosophiae perdidisse doc- „ trinam. Hoc igitur illud quadri- „ vium est, quo iis viandum sit, „ quibus excellentior animus a no- „ biscum procreatis sensibus ad „ intelligentiae certiora perducitur. „ Sunt enim quidam gradus cer- „ taeque progressionum dimensio- „ nes, quibus ascendi progredi- „ que possit, ut animi illum ocu- „ lum, qui (ut ait Plato) multis „ ocu-

Digitized by Google

XVI. Non me latet, a Boulangero (74), ut humanas

„ oculis corporalibus salvari constituique sit dignior, quod eo „ solo lumine vestigari vel inspici veritas queat. Hunc, inquam „ demersum orbatumque corporis „ sensibus, hae disciplinae rursum „ illuminent „ Beda Expositionis allegoricae in Samuelem lib. II. Opp. Edit. Basileae Tom. 4. colum. 303. „ Turbat acumen legentium, et deficere cogit, qui eos „ a legendis secularibus litteris omnimode aestimat prohibendos, „ quibus ubilibet inventa utilia „ quasi sua sumere licet. Alioquin nec Moyses et Daniel sapientia vel litteris Aegyptiorum „ Chaldaeorumque paterentur erudiri: quorum tamen superstitiones, „ simul et delicias horrebant. Nec „ ipse magister gentium aliquot „ versus poetarum suis vel scriptis indidisset, vel dictis, sed „ multo cautius necesse est acutis rosa in spinis, quam mollibus lilium colligatur in foliis; „ multo securius in apostolicis „ quam in Platonicis quaeritur consilium salubre pagellis. Nam et „ apes ipsae, quae huiusmodi mella faciunt, ore quidem praetendunt dulcia dicta, quae mulceant, „ sed in posterioribus servant venenata gesta quae feriant. „ Et „ col. 304. illa verba: *Vidistis ipsi* etc. *in Philisteis*, sic interpretatur: „ Haec ejus personae „ verba conveniunt, qui doctis in „ Ecclesia, sive etiam Doctoribus „ lectionem litterarum gentilium „ non autumat esse nocivam. Videtis, inquit, quia efficacior „ sum factus, et acutior promptiorque ad peroranda quae decent, eo quod gustaverim paululum de flore Tullianae lectionis: „ quanto magis si didicisset populus Christianus sectas et dogmata Gentilium, nonne multo confidentius et certius eorum derideret simul et convinceret errores, multo devotius de sua „ sana fide gauderet, patrique luminum pro hac gratias redderet? Neque enim aliam ob causam putandum est Mosen, vel „ Danielem sapientiam voluisse discere secularem, quam ut cognitam destruere melius, et devincere possent „ Confer Socratis testimonium num. XVI. descriptum.

(74) Vide Boulangeri testimonium not. 15. allatum.

Digitized by Google

nas scientias ab Ecclesiae Patribus damnatas, aut certe contemptas fuisse evincat, Sanctorum Hieronymi *in Epistolam ad Titum*, Ambrosii *lib.* 1. *de officiis*, et Augustini *de Ordinis disciplina* testimonia afferri. Verum haec ipsa, quae affert, testimonia illi praesidio esse nullo modo possunt. Nam S. Hieronymus ex veritate, quae naturae ope comparatur, pios, ac religiosos homines effici negat, naturalium scientiarum cognitionem perutilem, ac necessariam Christiano esse, (quod cum aliis in locis (75), tum in hoc ipso Commentario (76) aperte docet

(75) S. Hieronymus epist. LIII. ad Paulinum num. 6. Tom. 1. Edit. cit col. 273. „ Taceo de „ Grammaticis, Rhetoribus, Phi„ losophis, Geometris, Dialecti„ cis, Musicis, Astronomis, Astro„ logis, Medicis, quorum scientia „ mortalibus vel utilissima est. „ Et Commentariorum in Ezechielem lib. 1. cap. iv. Tom. v. col. 37. „ Sicut prius diximus: *Intra* „ *et includere in medio domus tuae*, „ *et ecce data sunt super te vincu*„ *la*, *et ligabunt te*, *et non egre*„ *dieris*, typum esse Prophetam „ obsidionis urbis Jerusalem: ita „ nunc Geometrica jubetur in late„ re arte describere, ipsumque „ laterem poni in conspectu Pro„ phetae, ut postquam descripse„ rit in pulvere Jerusalem, om„ nem adversum eam pingat obsi„ dionem; adumbrans munitiones, „ et comportatos aggeres, et co„ ronam vallantis exercitus, et „ arietes in circuitu, per quae om„ nia urbes capi solent. Munitio„ nes dicuntur, quibus urbs clau„ ditur, ne quis obsessorum pos„ sit effugere: Comportati agge„ res, quibus vallum fossaeque „ complentur: Castra, militum „ custodiae per circuitum: Arietes, „ quibus murorum fundamenta qua„ tiuntur, et lapidum junctura „ dissolvitur. Hoc autem dicitur, „ ut significetur urbis Jerusalem „ sub Sedecia vicina captivitas: cu„ jus anno undecimo et rex, et „ civitas capta est. Pro latere, qui „ Graece dicitur genere feminino „ ἡ πλίνθος, Symmachus manifestius „ in-

cet) non negat. Etenim illa S. Pauli verba, *et cognitionem*

„ interpretatus est πλίνθιον, quem
„ nos *laterculum* et *abacum* appel-
„ lare possumus. In cujus pulve-
„ re solent Geometrae γραμμὰς, id
„ est, *lineas*, *radiosque* describe-
„ re. Ex quo quidam volunt, non
„ absurdum esse etiam hujus doc-
„ trinae habere scientiam (illa
„ exempla replicantes, quod Jesus
„ filius Nave exploratores miserit,
„ qui terram describerent) quae
„ proprie vocatur Geometria: et
„ Angelus in Zacharia habuerit fu-
„ niculum Geometricum ad Jeru-
„ salem metiendam. Et quod
„ nunc jubetur Propheta Jerusa-
„ lem in pulvere describere,
„ quae apud eos proprie appella-
„ tur σκηνογραφία possumus laterem
„ et sugillationem Israelis accipe-
„ re, quod in luto, et latere ser-
„ vierit Pharaoni „. Et Commen-
tar. in Danielem cap. 1. Tom. eod.
col 525. de Daniele: „ Qui de
„ mensa regis et de vino potus
„ ejus non vult comedere ne pol-
„ luatur, utique si sciret ipsam
„ sapientiam atque doctrinam Ba-
„ byloniorum esse peccatum, num-
„ quam acquiesceret discere, quod
„ non licebat. Discunt autem non
„ ut sequantur, sed ut judicent,
„ atque convincant. Quomodo si
„ quispiam adversus Mathematicos
„ velit scribere imperitus μαθήμα-
„ τος, risui pateat, et adversum
„ Philosophos disputans, si igno-
„ ret dogmata Philosophorum. Di-
„ scunt ergo ea mente doctrinam
„ Chaldaeorum, qua et Moyses
„ omnem sapientiam Aegyptiorum
„ didicerat „. Et col. 626. „ No-
„ ta quod Deus dederit sanctis
„ pueris scientiam et disciplinam
„ secularium litterarum in omni
„ libro et sapientia. Pro quo Sym-
„ machus interpretatus et *artem*
„ *Grammaticam*, ut cuncta quae le-
„ gebant, intelligerent, et spiritu
„ Dei de Chaldaeorum scientia
„ judicarent „.

(76) Comment. in Cap. 1.
Epist. ad Titum Tom. VII. col.
703. seq. agens de Episcopi dotibus: „
„ Ad extremum, *ait*, obtineat eum,
„ qui secundum doctrinam est, fi-
„ delem sermonem, ut quomodo
„ sermo Dei fidelis est, et omni
„ acceptione dignus: sic et ille ta-
„ lem se praebeat, ut omne, quod
„ loquitur, fide dignum existime-
„ tur, et verba ipsius sint regula
„ veritatis. Potens quoque sit eos,
„ qui seculi istius turbinibus exagi-

Digitized by Google

nem veritatis, quae secundum pietatem est, exponens: „Quaeri-

„ gitantur, consolari, et per sa-
„ nam doctrinam infirma praecep-
„ ta destruere. Sana autem doc-
„ trina dicitur, ad distinctionem
„ languidae infirmaeque doctrinae.
„ Talis quoque sit, ut contradi-
„ centes arguat haereticos sive Ju-
„ daeos, et seculi istius sapientes.
„ Et superiora quidem, quae in
„ Episcopi virtutibus posuit, ad
„ vitam pertinent. Hoc vero quod
„ ait: *Ut potens sit consolari in*
„ *doctrina sana, et contradicentes*
„ *arguere*, referendum est ad scien-
„ tiam. Quia si Episcopi tantum
„ sit sancta vita, sibi potest pro-
„ desse sic vivens. Porro si et doc-
„ trina, et sermone fuerit erudi-
„ tus, potest se ceterosque in-
„ struere: et non solum instrue-
„ re, et docere suos, sed et ad-
„ versarios repercutere; qui nisi
„ refutati fuerint atque convicti,
„ facile queunt simplicium corda
„ pervertere. Hic locus adversus
„ eos, facit, qui inertiae se, et
„ otio, et somno dantes, putant
„ peccatum esse, si Scripturas le-
„ gerint: et eos, qui in lege Do-
„ mini meditantur die ac nocte,
„ quasi garrulos inutilesque contem-
„ nunt, non animadvertentes Apo-
„ stolum post catalogum conversa-
„ tionis Episcopi, etiam doctri-
„ nam similiter praecepisse„ De-
inde col.704.seq:„Qui Ecclesiae fu-
„ turus est princeps,habeat eloquen-
„ tiam cum vitae integritate socia-
„ tam, ne opera absque sermone
„ sint tacita, et dicta factis defici-
„ entibus erubescant: maxime quum
„ sint non pauci, sed plures: nec
„ subditi, sed protervi, qui non
„ curent illud Psalmistae dicere:
„ *Nonne subjecta est Deo anima*
„ *mea?* Sed bonam mentium se-
„ mentem, quae naturaliler habet
„ notitiam Dei, inani persuasione
„ pervertant. Hoc quippe mihi
„ Paulus videtur sensisse, quum
„ dicit φρεναπάται: non, ut sim-
„ pliciter Latinus Interpres tran-
„ stulit, *deceptores*, sed *mentium*
„ *deceptores*..... Omnis igitur
„ Doctor Ecclesiae, qui ad fidem
„ Christi recta ratione persuadet,
„ honestus lucrator est. Et omnis
„ haereticus, qui quibusdam prae-
„ stigiis homines fallit et fallitur,
„ loquitur quae non oportet, tur-
„ pis lucri gratia„.

„ ritur, (77) *inquit*, quare ad id quod ait: *Secundum fi-* „ *dem electorum Dei, et cognitionem veritatis*, junxerit, „ *quae juxta pietatem est*; utrumnam sit aliqua veritas, „ quae non in pietate sit posita, et nunc ad distinctio- „ nem illius inferatur cognitio veritatis, *quae juxta pieta-* „ *tem est*. Est plane veritas, quae non habet pietatem, ut „ si quis Grammaticam artem noverit, vel Dialecticam, „ ut rationem recte loquendi habeat, et inter falsa „ et vera dijudicet. Geometria quoque, et Arithmetica, „ et Musica habent in sua scientia veritatem; sed non „ est scientia illa pietatis. Scientia pietatis est, nosse „ Legem, intelligere Prophetas, Evangelio credere, Apo- „ stolos non ignorare. Et e contrario multi sunt qui „ habent pietatis veram cognitionem: sed non statim et „ ceterarum artium et earum, de quibus supra mentio- „ nem fecimus, veritatem. Haec igitur veritas, cujus „ cognitio juxta pietatem est, in spe vitae aeternae po- „ sita est: quia statim ei qui se cognoverit, praemium „ tribuit immortalitatis. Absque pietate vero notitia ve- „ ritatis delectat ad praesens: sed aeternitatem non ha- „ bet praemiorum„ Hactenus S. Hieronymus, ex cujus testimonio si naturales scientias a Christiano repudiandas esse efficitur, efficitur quoque agriculturam, fabrilem, nauticam, omnes, uno verbo, artes repudiari oportere. Eadem enim est istarum, atque illarum ratio. Quod si hoc stultissimum est, fateamur omnino ex verbis S. Hieronymi nihil contra humanas disciplinas confici posse. S. Ambrosius vero Ethnicos aetatis suae Philo-

M so-

(77) In Commentar. in Epist. ad Titum Cap. I. Tom. VII. col. 689. seq.

sophos coarguit, qui, neglecta prorsus sempiternae salutis cura, totos se Astrologiae, Geometriae, Physicaeque dabant, atque his facultatibus ad magicas superstitiones, ac fortuitarum rerum divinationem abutebantur. Nam de Ethnicis Philosophis illa sunt (78): „ Itaque „ tra-

(78) De Officiis Ministrorum lib. 1. Cap. XXVI. num. 122. seq. Tom. III. Edit. cit. col. 39. De Ethnicis quoque Philosophis, et pravis eorum commentis agit Sanctus Doctor De Fide lib. 1. cap. XIII. num. 84. Tom. eod. col. 584. seq. ubi inquit „ Filium . . . legimus „ (Dei Patris): mens tua percipit „ lectionem, edat lingua confessio- „ nem. Aufer hinc argumenta, „ ubi fides quaeritur: in ipsis gym- „ nasiis suis jam Dialectica taceat. „ Non quaero quid loquantur Phi- „ losophi, requiro quid faciant. „ Soli in suis gymnasiis remanse- „ runt. Vide quam fides argumen- „ tis praeponderet. Illi quotidie a „ suis consortibus deseruntur, qui „ copiose disputant: isti quotidie „ crescunt, qui simpliciter cre- „ dunt. Non creditur Philoso- „ phis, creditur piscatoribus: non „ creditur Dialecticis, creditur pu- „ blicanis. Illi voluptatibus et de- „ liciis orbem ligarunt, isti jeju- „ niis et doloribus exuerunt. Plu- „ res itaque jam coepit illicere in- „ juria, quam voluptas „. Etenim num. 85. col. 585. ita pergit: „ Nunc videamus quo distant a Gen- „ tilibus Arriani. Illi deos appel- „ lant dispares sexu, dissimiles „ potestate: isti Trinitatem adse- „ runt differentis divinitatis, et „ dissimilis potestatis. Illi deorum „ suorum principium adseverant „ temporale; et isti Christum „ coepisse ex tempore mentiuntur. „ Nonne ex Philosophia omnem „ impietatis suae traxerunt colo- „ rem? Illi tamen quod veneran- „ tur, amplificant: isti Dei Filium „ creaturam adserunt esse, qui „ Deus est „. Itaque Maurini Editores hanc ad numeri 84. verba, *Illi quotidie etc.*, adnotationem apposuerunt: „ Liquet ex hoc toto „ loco eorum, qui tunc temporis „ Philosophiam profitebantur, plu- „ rimos idolis mancipatos fuisse. „ Jam inde ab anno 362. legem „ sanxerat Julianus Apostata, quae „ Christianos a docendis discendis- „ ve

„ tractant in veri investigatione tenendum illud decorum „ ut summo studio requiramus quid verum sit, non „ falsa pro veris ducere, non obscuris vera involvere, „ non superfluis, vel implexis atque ambiguis occupare „ animum. Quid tam indecorum, quam venerari ligna, „ quod ipsi faciunt? Quid tam obscurum, quam de „ Astronomia et Geometria tractare, quod probant; et „ profundi aeris spatia metiri, caelum quoque et mare „ numeris includere: relinquere caussas salutis, errores

„ quae-

„ ve litteris humanioribus ac Phi- „ losophia in gymnasiis publicis „ removebat: cujus l. 3. *de Medic.* „ *et Profess. Cod. Theod.* appendi- „ cem esse Baronius atque alii ob- „ servarunt. Contra cujus constitu- „ tionis injustitiam reclamarunt non „ modo Scriptores Christiani, sed „ etiam infideles; ut legimus apud „ Gregor. Nazian. *orat.* 1. *in Jul.* „ Hieronymum in Chronico, Am- „ brosium *contra Symm.* Augusti- „ num *de Civ. Dei* lib. 18. c. 5. „ Ammian. Marcellinum lib. 22. „ et alios. At revocata invenitur ea „ lex a Valentiniano, ut patet ex „ sequentibus n. 6. et 7. in quas „ consule Godofredum. Cum au- „ tem Pagani iisdem legibus a scien- „ tiarum professione non prohibe- „ rentur, in eadem publice exer- „ cenda perseverarunt „. Quamobrem Lectoribus imponit Jacobus Bruckerus, qui, cum Histor. Philosoph. period. II. part. II. lib. I. cap. II. §. XXV. Edit. Lipsiae MDCCXLIII. Tom. III. pag. 352. falso scripsisset, Sanctos Ecclesiae Patres, quae contra impias Philosophorum disputationes in Apostolorum scriptis leguntur, de ipsa ratiocinandi forma perverse intellexisse, (quam calumniam numer. XVII. refutabimus) subdit: Non injuriam nos „ facere patribus, *Ambrosius*, vir „ disertissimus, sed infelix logicus „ testis esto atque exemplum, qui „ fidem non deviantis tantum ra- „ tionis ineptiis, sed ipsi quoque „ arti rationali opposuit. Ecce enim „ quam luculenter „: tum illa S. Ambrosii num. 84. *Aufer hinc argumenta* etc. describit. Perverse. Quasi nempe ipsam ratiocinandi disciplinam damnaret, qui nullam ineptarum impiorum hominum ratiocinationum contra aperta Christianae institutionis dogmata rationem habendam esse constituit.

Digitized by Google

„ quaerere ? At non ille eruditus in omni sapientia „ Aegyptiorum Moyses probavit ista : sed illam sapien- „ tiam detrimentum et stultitiam judicavit , et aversus ab „ ea , intimo Deum quaesivit affectu ; ideoque vidit, „ interrogavit , audivit loquentem . Quis magis sapiens „ quam ille quem docuit Deus, qui omnem sapientiam „ Aegyptiorum , omnesque artium potentias operis sui „ virtute evacuavit? Non hic incognita pro cognitis habe- „ bat , hisque temere adsentiebatur : quae duo in hoc „ maxime naturali atque honesto loco vitanda discant, „ qui sibi nec contra naturam esse , nec turpe judicant „ saxa adorare , et a simulacris auxilium petere , quae „ nihil sentiant . „ Quamquam , etsi de Christianis S. Doctor ageret , cum hominum in disciplinis illis tractandis vitia , non disciplinas reprehendat , a nemine , qui bona fide agere vellet , alienationis ab ipsis disciplinis damnari posset . De S. Augustino autem ego quid dicam ? Quibus verbis inauditam Boulangeri audaciam castigabo ? Qui sanctissimo , sapientissimoque viro non modo Opus , quod nunquam (79) edidit , sed etiam levem , falsamque sententiam

(79) Nullum est inter S. Augustini Opera , aut Opera ipsi supposita , quod *De Ordinis disciplina* inscribatur . In eo autem , quod *De Ordine* inscribitur lib. II. cap. V. num.14. Tom.I. Opp. col. 335.seq. haec leguntur , quae ad labefactandam Boulangeri calumniam plurimum conferunt: „ Jam in mu- „ sica , in geometrica , in astrorum „ motibus , in numerorum neces- „ sitatibus ordo ita dominatur , ut „ si quis quasi ejus fontem atque „ ipsum penetrale videre deside- „ ret , aut in his inveniat , aut „ per haec eo sine ullo errore du- „ catur . Talis enim eruditio , si „ quis ea moderate utatur (nam „ nihil ibi quam nimium formi- „ dandum est) talem Philosophiae „ mi-

tiam adscripserit? Quis enim, obsecro, nisi imperitissimus, aut, quod multo deterius est, mendacissimus, despectas a nostris Astrologiam, Geometriam, aliasque naturales disciplinas S. Augustini aetate scriberet? Cum omnium manibus tererentur praeclara volumina, quibus Christiani doctores (80), atque in his Augustinus ipse (81) humanis scientiis et artibus litterarum lumen attulerant? Nam

„ militem nutrit vel etiam ducem, „ ut ad summum illum modum, „ ultra quem requirere aliquid nec „ possit, nec debeat, nec cupiat, „ qua vult evolet atque perveniat, „ multosque perducat. Unde jam „ dum ipsis humanis rebus teneatur, sic eas despiciat, cunctasque discernat, ut nullo modo „ eum moveat, cur alius optet libe„ ros habere, nec habeat; alius nimia „ uxoris fecunditate torqueatur; „ egeat ille pecunia, qui largiri „ liberaliter multa paratus est, ei„ que defossae incubet macer et sca„ biosus fenerator: ampla patrimo„ nia luxuries dispergat atque dif„ fundat; vix toto die lacrymans „ mendicus nummum impetret. „ Alium honor extollat indignum; lu„ cidi mores abscondantur in turba „.

(80) Vide num. XX.

(81) S. Augustinus Retractationum lib. 1. cap. VI. Tom. I. Opp. col. 8. „ Per idem tempus quo Me„ diolani fui Baptismum perceptu„ rus, etiam *Disciplinarum* libros „ conatus sum scribere, interro„ gans eos, qui mecum erant, „ atque ab hujusmodi studiis non „ abhorrebant: per corporalia cu„ piens ad incorporalia quibusdam „ quasi passibus certis vel perve„ nire vel ducere. Sed earum so„ lum *de Grammatica* librum absol„ vere potui, quem postea de ar„ mario nostro perdidi: et *de Mu„ sica* sex volumina: quantum ad„ tinet ad eam partem, quae Ryth„ mus vocatur. Sed eosdem sex „ libros jam Baptizatus; jamque ex „ Italia regressus in Africam scri„ psi; inchoaveram quippe tantum„ modo istam apud Mediolanum „ disciplinam. De aliis vero quin„ que disciplinis illic similiter in„ choatis, *de Dialectica*, *de Rheto„ rica*, *de Geometrica*, *de Arithme„ tica*, *de Philosophia*, sola prin„ cipia remanserunt, quae tamen „ etiam ipsa perdidimus: sed ha„ beri ab aliquibus existimo „.

Digitized by Google

Nam si *nostrorum* nomine libri illius auctor Apostolos intellexit, atque ab his ejus generis disciplinas idcirco *despectas* affirmavit, quoniam eas nec excoluerunt ipsi, nec mortales ceteros docuerunt, inepte nobis ejusdem testimonium objicitur. Ut enim opportune animadversum est a Socrate (82): „ Gentilium disciplinas Christus et ejus discipuli „ nec susceperunt tanquam inspiratas divinitus, nec tan„ quam noxias penitus rejecerunt. Atque id consulto ab „ illis factum esse opinor. Multi enim apud Graecos Phi„ losophi, a Dei cognitione haud procul abfuerunt. Nam „ disserendi scientia instructi, adversus Epicureos et alios „ contentiosos sophistas, qui Dei providentiam negabant, „ strenue decertarunt, eorum confutantes inscitiam. Ac „ per hos quidem libros viris pietatis studiosis non parum „ attulerunt utilitatis: id tamen, quod religionis caput „ est, haudquaquam sunt assecuti; propterea quod „ mysterium Christi a generationibus et seculis abscon„ ditum ignorarent. Atque hoc ita se habere, Apo„ stolus in Epistola ad Romanos declarat his verbis: Re„ velatur enim ira Dei de caelo super omnem impieta„ tem et iniquitatem hominum, qui veritatem in injusti„ tia detinent: quia quod notum est Dei, manifestum est „ in illis. Deus enim illis revelavit. Invisibilia enim ejus a „ creatione mundi per ea, quae facta sunt, intellecta con„ spiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus atque divi„ nitas: adeout sint inexcusabiles: quia cum cognovissent „ Deum, non ut Deum glorificaverunt. Ex quibus appa„ ret habuisse quidem illos veritatis cognitionem, quam „ Deus ipsis patefecerat: reos tamen esse, propterea „ quod

(82) Hist. Eccl. l.III.c.XVI. Edit. Cantabrig. MDCCXX. pag. 191. seqq.

Digitized by Google

„ quod, cum Deum cognovissent, non sicut Deum glori-
„ ficarunt. Cum igitur Apostoli Gentilium disciplinis ope-
„ ram dare nequaquam vetuerint, id in cujusque arbi-
„ trio situm esse voluerunt. Atque haec prima sit ratio,
„ qua ad propositam quaestionem (scilicet, num Christia-
„ nae religioni conduceret, ut Christiani Graecorum di-
„ sciplinis imbuerentur) respondemus. Altera vero est hu-
„ jusmodi. Scripturae divinitus inspiratae, dogmata qui-
„ dem admiranda tradunt prorsusque divina: et tum exi-
„ miam pietatem rectamque vivendi rationem auditorum
„ animis insinuant, tum fidem Deo acceptam studiosis ho-
„ minibus praebent. Artem vero dicendi minime docent,
„ qua illis, qui veritatem oppugnare nituntur, resistere
„ possimus. Porro adversarii tunc facillime expugnantur,
„ cum illorum armis contra ipsos utimur. Istud autem
„ Christianis suppetere non poterat ex iis libris, quos
„ Apollinares conscripsere. Quod cum Julianus etiam per-
„ spexisset, lege lata prohibuit, ne Christiani Graecorum
„ disciplinis imbuerentur. Probe enim sciebat futurum,
„ ut fabulae opinionem, quam ipse imbiberat, ridiculam
„ et reprehensioni obnoxiam redderent. Quas quidem Socra-
„ tes Philosophorum apud illos facile princeps cum im-
„ probaret, perinde ac si daemonia ipsorum violare ten-
„ tasset, condemnatus est. Praeterea tum Christus, tum
„ ejus Apostolus nobis praecipiunt, ut simus boni num-
„ mularii, omnia quidem explorantes, quod autem pro-
„ bum est retinentes, attendamusque, ne quis per Phi-
„ losophiam et inanem fallaciam nos decipiat. Istud au-
„ tem nunquam assequemur, nisi adversariorum armis potia-
„ mur: iisque potiti non idem cum ipsis sentiamus: sed

„ ma-

Digitized by Google

„ malum quidem aversemur : bonum autem , ac verita-
„ tem tenentes , cuncta , quae adsumimus , exploremus .
„ Bonum enim , ubicumque fuerit , proprium est verita-
„ tis . Quod si quis haec a nobis violentius et praeter
„ sensum scripturarum dici existimat , is consider et , Apo-
„ stolum non modo non prohibere ne Graecorum litteris
„ erudiamur, sed ipsum quoque videri eas minime neglexis-
„ se , quippe qui multa , quae dicta sunt a Graecis , nosse
„ deprehendatur . Nam unde , quaeso , hoc dixit : Cre-
„ tenses semper mendaces , malae bestiae , ventres pigri ;
„ nisi quod Epimenidis Cretensis initiatoris oracula lege-
„ rat ? Aut unde istud noverat : Illius enim et genus su-
„ mus ; nisi Arati Astronomi Phaenomena didicisset ? Sed
„ et illud ; Bonos mores corrumpunt colloquia prava ; sa-
„ tis ostendit illum Euripidis tragaediarum non ignarum
„ fuisse . Verum quid opus est prolixiorem de hac re
„ sermonem contexere ? Etenim jam inde a priscis tempo-
„ ribus , tanquam ex inolita quadam consuetudine, Eccle-
„ siarum Doctores in Graecorum disciplinis ad extremam
„ usque senectutem sese exercuisse (83) deprehenduntur :
„ idque partim eloquentiae et ingenii excolendi caussa; par-
„ tim ut ea ipsa convincerent , in quibus Graeci a verita-
„ te aberraverant . „

XVII. Ae-

(83) De veterum Christianorum Scholis legendi, Ludovicus Thomassinus in Opere cui titulus , *Vetus et nova Ecclesiae Disciplina* Part. II. lib. I. cap. CXII. Edit. Paris. MDCLXXXVII. pag. 278. seqq. Nicolaus Nouryus in Apparatu ad Bibliothecam Max. Vet. PP. Edit. Paris an. MDCCIII. Dissert. I. cap. X. col. 17. seqq. et alii , qui hoc argumentum illustrarunt.

XVII. Ac ne illa quidem opponi nobis Patrum loca possunt, in quibus disciplinam nostram esse Pythagoricam, nec Doctorem Christianum humanae ratiocinationis praesidiis niti debere statuunt, Episcopos et Presbyteros a Gentilium librorum lectione deterrent, ac Philosophos, ut haereticorum duces, ac signiferos, ipsamque Philosophiam ut captiosam fallacemque (84) insectantur, Etenim " non ... „ humanas disciplinas, naturalesve earum ratiocinationes „ damnant doctissimi viri, sed illos, qui cum in unitate „ catholica non sint, et Christiano tamen nomine glo- „ rientur, audent imperitos quasi ratione traducere: quia „ jacere se abjectissime sentiunt, si eorum cum auctori- „ tate catholica auctoritas conferatur, ut ab Augustino „ ad Dioscorum (85) scriptum est. Illos etiam damnant, „ qui Philosophiam Evangeliis praeferunt, quibus (86),

N „ Aver-

(84) Adeundi, Melchior Canus de Locis Theologicis lib. VIII. cap. II. et IX., Dionysius Petavius Prolegomenorum in Opus Theologicorum dogmatum cap. IV., Theologicarum Institutionum Auctores in *Quaestionibus proeemialibus*, Seraphinus Piccinardus, Philosophiae Dogmaticae Peripateticae Christianae lib. I. quaest. I. art. II., Joannes Dominicus Agnanus Philosophiae Neo-Palaeae lib. 1. Prodromo cap. XII. seqq., et alii.

(85) S. Augustinus Epist. CXVIII. Cap. V. num. 32. Tom. II. col. 342. de haereticis loquens scribit: „ Illi, qui cum in unitate atque communione catholica non „ sint, Christiano tamen nomine „ gloriantur, coguntur adversari „ credentibus, et audent imperitos „ quasi ratione traducere, quando „ maxime cum ista medicina Do„ minus venerit, ut fidem populis „ imperaret. Sed hoc facere co„ guntur, ut dixi, quia jacere se „ abjectissime sentiunt, si eorum „ auctoritas cum auctoritate catholi„ ca conferatur „.

(86) Vetus Auctor apud Eusebium Caesariensem Historiae Ecclesiasticae lib. V. cap. 16. Edit. cit. pag.

Digitized by Google

„ Averroes Paulus est, Alexander Aphrodisaeus Petrus, „ Aristoteles Christus, Plato non divinus, sed Deus ..... „ Eos quoque sacerdotes patres nostri reprehendunt, qui „ plus nimio Philosophorum libris indulgent. Noluerunt „ enim illi, quos occupationibus et gravissimis et maxi- „ me necessariis oportebat esse districtos, eos Philoso- „ phiae studiis praepediri. Basilius certe ac Gregorius tre- „ decim annis, ut litteris sacris totos se dederent, sapien- „ tiae secularis libris omnibus (87) valedixerunt. Testatur „ etiam de se in Epistolam ad Galatas (88) Hieronymus, „ an-

pag.253. seq. de haereticis Artemonianis: „ Si quis aliquem divinae „ Scripturae locum eis objiciat, „ examinant utrum connexum an „ disjunctum syllogismi genus ex „ eo confici possit. Relictisque „ atque abjectis sacris Dei Scripturis, Geometriae student; quippe qui terrestres sint, et loquantur terrena, et illum, qui de „ caelo advenit, ignorent. Euclidis igitur Geometria apud nonnullos eorum studiose excolitur. „ Aristoteles vero, et Theophrastus summa admiratione suscipiuntur: Galenus autem a quibusdam etiam adoratur „.

(87) Ruffinus Historiae Ecclesiasticae lib. XI. cap. IX. Edit. Basileae MDXXVIII. pag. 248. de S. Gregorio Nazianzeno: „ Cum „ se totum Dei servitio mancipasset, tantum de collegae amore „ praesumpsit, ut sedentem Basilium de doctoris cathedra deponeret, ac secum ad monasterium „ manu injecta perduceret, ibique „ per annos (ut ajunt) tredecim, omnibus Graecorum secularium libris remotis, solis divinae Scripturae voluminibus operam dabant; earumque intelligentiam, „ non ex propria praesumptione, „ sed ex majorum scriptis et auctoritate sequebantur: quos et ipsos „ ex Apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat „.

(88) S. Hieronymus in Praefatione ad librum tertium Commentariorum in Epist. ad Galatas Tom. VII. Opp. Edit. cit. col. 485. „ No- „ stis

„ annis quindecim nullum sapientium Gentilium librum ne „ in manus quidem ascendisse. Clemens porro Alexan- „ drinus (89) hujusmodi viris, qui in Ecclesia doctores „ perfecti et absoluti esse debent, Philosophiae studia, „ causa solum relaxandi animi in otio permittit, et quo- „ niam ancillas, ut vocarent ad arcem, sapientia misit, „ admonuere patres, disciplinas, quas vocant liberales, „ Theologiae observire oportere, non dominari. Cura- „ turum itaque illarum studiosum, ne ancillarum amato- „ riis delectatus dominam, hoc est, veram sapientiam „ negligat: quin etiam curaturum, ut si Agar Aegyptia „ Abrahami complexibus insolescit, ejiciatur foras atque „ exulet, nec sinatur aut Ismael Isaaci simplicitatem ir- „ ridere, aut Agar Sarae bonitatem contemnere. Affligat „ ancillam domina et corrigat, habeat in manibus, uta- „ tur ea ut libitum fuerit. Si enim modesta, erit uti- „ lis: quae cum ei praeter modum indulgetur, est etiam „ perniciosa. Fugax est enim vita nostra, et quod plus „ temporis studiis humanis impartimur, id divinis adima- „ mus necesse est, quibus nos Christi religio consecravit.

N 2 „ Qui

„ stis ... et ipsae, quod plus quam „ quindecim anni sunt, ex quo in „ manus meas nunquam Tullius, „ nunquam Maro, nunquam Gen- „ tilium litterarum quilibet Auctor „ ascendit: et si quid forte inde „ dum loquimur, obrepit, quasi „ antiqui per nebulam somnii recor- „ damur „.

(89) Clemens Alexandrinus Strom. Lib. VI. num XVIII. Edit. cit. pag. 824. „ Gnosticus noster, sem- „ per versatur in iis quae sunt prae- „ cipua, sed si quando est ei otium et „ tempus relaxandi animi ab iis quae „ sunt praecipua, loco alterius recrea- „ tionis, Graecam quoque attingit „ Philosophiam, veluti bellarium ali- „ quod ad coenam illaturus, non ut „ qui neglexerit praestantiora, sed ut „ qui acceperit quantum decet, id- „ que propter eas quas dixi caussas „.

„ Qui doctrinis item liberalibus nimium vacant, ii fere „ errores imbibunt, qui vix elui possunt. Qua de re le„ ge quoque cautum est in Concilio Lateranensi sub Leo„ ne Decimo, sessione (90) decima. „ Haec in aureo de locis theologicis Opere Melchior Canus (91), ex quibus perspicue, quae veterum Patrum mens fuerit, quis testimoniorum, quibus Lutherus ejusque discipuli ad omnia naturae argumenta a Theologicis disputationibus removenda abutebantur, verus germanusque sensus sit, educitur; et im-

(90) Leo X. Constit. *Apostolici Regiminis sollicitudo*, Collect. Concill. To. cit. col. 842. seq. „ Cum non „ sufficiat aliquando tribulorum ra„ dices praescindere, nisi et ne ite„ rum pullulent, funditus evellere, „ ac eorum semina originalesque „ caussas, unde facile oriuntur, „ removere, cum praecipue huma„ nae Philosophiae studia diutur„ niora, quam Deus secundum ver„ bum Apostoli evacuavit et stul„ tam fecit, absque divinae sapien„ tiae condimento, et quae sine „ revelatae veritatis lumine in erro„ rem quandoque magis inducunt, „ quam in veritatis elucidationem: „ ad tollendam omnem in praemis„ sis errandi occasionem, hac salu„ tari constitutione ordinamus, et „ statuimus, ne quisquam de cete„ ro in sacris ordinibus constitutus, „ secularis vel regularis, aut alias „ ad illos a jure arctatus, in studiis „ generalibus, vel alibi publice au„ diendo, Philosophiae, aut poesis „ studiis ultra quinquennium post „ Grammaticam ac Dialecticam, „ sine aliquo studio Theologiae aut „ Juris Pontificii, incumbat. Ve„ rum dicto exacto quinquennio, „ si illis studiis insudare voluerit, „ liberum sit ei, dum tamen simul „ aut seorsum, aut Theologiae, „ aut sacris canonibus operam na„ vaverit, ut in his sanctis et utili„ bus professionibus sacerdotes Do„ mini inveniant, unde infectas „ Philosophiae et poesis radices pur„ gare et sanare valeant. Et hos „ canones per ordinarios locorum, „ ubi generalia studia vigent, et „ rectores universitatis eorumdem „ studiorum singulis annis in prin„ cipio studii, in virtute sanctae „ obedientiae publicari mandamus,„.

(91) Lib. cit. cap. IX. pag. 254.

Digitized by Google

imposita illis a Jacobo Bruckero calumnia repellitur. Bruckerus (92) enim eos " cum.... in Apostolorum scriptis „ legissent, requiri ad salutem fidem, et superare religionis Christianae mysteria, omnem rationis captum; „ eam autem fidei reluctantem captivandam et ad fidei obsequium revocandam esse, cavendam esse Philosophiam, „ et quae alia sunt his similia, ea non de principiis rationis materialibus temere divinis immistis, nec de falso „ ratiocinandi modo et sophismatibus praejudiciisque hominum veritatem in cupiditatum injustitia detinentium...sed de principiis, quae vocant, formalibus, „ ipsaque ratiocinandi forma modoque intellexisse „ omnemque Dialecticae peritiam tamquam inutilem et damnosam rejecisse, et *in Diaboli retulisse opera* comminiscitur. Quae quidem cum Patribus injuriosa sunt, tum a veritate adeo aliena, ut Bruckerum haec mandare litteris non puduisse vehementer mirer. Quis enim Patrum illa S. Pauli testimonia, ad quae Bruckerus respicit, de ipsa ratiocinandi disciplina accepit? Quis naturalium rerum cognitionem ab Apostolo damnari existimavit? Quis illa ejusdem verba (63): *Videte, ne quis vos decipiat per Philosophiam et inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, et non ſecundum Christum*, de iis tantum dogmatibus, quae cum Christi doctrina pugnarent, non intellexit? Recita Patrum, qui allatum ex Epistola ad Colossenses locum explicarunt, testimonia. Testimonium S. Hilarii Pictaviensis Episcopi libro octavo de (94) Trini-

(92) Loc. cit. notatione 78.

(93) In Epist. ad Colossenses. cap. II. ver. 8.

(94) Num. 53. Edit. cit. col. 979.

nitate : " Ut... dictum Domini intelligas quo ait, *Omnia*,
„ *quae Patris sunt, mea sunt*; Apostoli et Doctrinam, et fidem
„ disce dicentis : *Videte, ne quis vos seducat per philosophiam,*
„ *et inanem deceptionem secundum traditionem hominum, secun-*
„ *dum elementa mundi, et non secundum Christum ; quia in*
„ *ipso inhabitat plenitudo divinitatis corporaliter* . De mun-
„ do est, et doctrinas hominum sapit, et philosophiae
„ praeda est, quisquis Christum verum Deum nescit, quis-
„ quis in eo plenitudinem divinitatis ignorat. Humana mens
„ hoc solum sapit quod intelligit, et mundus hoc tantum,
„ quod potest, credit, secundum elementorum naturas id
„ tantum possibile existimans, quod aut videret, aut age-
„ ret. Elementa enim mundi ex nihilo substiterunt : Sed
„ Christus non de non substantibus manet, nec coepit
„ ad originem, sed originem ab origine sumsit aeternam.
„ Elementa enim mundi aut inanima sunt, aut ad animam
„ profecerunt : sed Christus vita est, ex Deo vivente, in
„ viventem Deum natus. Elementa mundi a Deo sunt
„ instituta, non Deus sunt ; Christus ex Deo Deus hoc
„ totum est ipse, quod Deus est. Elementa mundi cum
„ intra sint, non possunt a se exstare ne intra sint :
„ Deum sub sacramento in se habens Christus in Deo
„ est. Elementa mundi cum ex se sui generis generant,
„ ad vitam per corporales quidem passiones praebent ex
„ se initia nascendi, ceterum non insunt viva ipsa na-
„ scentibus : omnis vero corporaliter plenitudo divinita-
„ tis in Christo est ". Testimonium Sancti Joannis Chry-
sostomi Episcopi Constantinopolitani Homilia sexta (95)
in Epistolam ad Colossenses : " Vides quomodo ostenderit
„ esse furem, et alienum, et sensim ingredientem ? Jam
„ enim

(95) Num. 1. T. XI. Opp. Edit. Paris. cit. p. 365. seq.

„ enim statuit ipsum ingredientem. Et pulcre dixit συλαγωγῶν suffurantem; ut si quisquam aggerem inferne suffodiens, sui sensum non praebeat, illud vero labatur; sic „ ille facit. Videte ergo: hae sunt enim illius partes ne „ sensum quidem sui praebere. *Per Philosophiam*. Deinde „ quoniam veneranda videtur esse philosophia addidit: *Et* „ *inanem fallaciam*. Est enim bona quoque deceptio, et „ bonus dolus, quo multi sunt decepti, quem non fallaciam quidem aut deceptionem oportet vocare. De qua „ dicit Jeremias. *Decepisti me, Domine, et deceptus sum*. „ Nam quod est hujusmodi, ne deceptio quidem dicendum „ est. Nam et patrem suum decepit Jacob, sed non erat „ deceptio, verum dispensatio. Per Philosophiam, inquit, „ et inanem fallaciam, *secundum traditionem hominum secundum elementa mundi, et non secundum Christum*. Jam attingit reprehensionem dierum observationis, elementa mundi dicens solem, et lunam. Sicut etiam dicebat in Epistola ad Galatas. *Quomodo convertimini ad infirma, et* „ *egena mundi elementa*? Et non dixit dierum observationes, sed totius mundi praesentis: ut ostendat quam sit „ res vilis. Nam si mundus nihil est, multo magis elementa. Cum ergo ostendisset quam multis affecti fuerint „ beneficiis, tunc affert accusationem, ut majorem ostendat, et arguat auditores. Hoc etiam semper faciunt „ Prophetae, prius ostendunt beneficia, et tunc augent accusationem; sicut dicit Esaias, *Filios genui, et exaltavi*, „ *ipsi vero me ſpreverunt*. Et rursus, *Popule meus, quid fecit tibi, aut in quo te dolore affeci, et tibi molestus fui*? Et „ David, ut quando dicit, *Exaudivi te in abscondito tempestatis*. Et rursus, *Aperi os tuum, et implebo illud*. Et ubi-

„ que

„ que sic invenies. Si ergo illi quidquam dicerent, non
„ persuaderi oporteret, nunc autem, etiam absque benefi-
„ ciis, illa oporteret fugere. *Et non secundum Christum*.
„ Nam etsi ita res se haberet, ut possetis, et huic, et illi
„ servire, ne sic quidem oporteret. Nunc autem non si-
„ nunt illa vos esse secundum Christum: ea vos inde ab-
„ ducunt. Cum prius Graecas labefactasset observationes,
„ tunc etiam evertit Judaicas. Nam et Graeci et Judaei
„ plura observabant. Sed illi quidem ex philosophia; hi
„ vero ex lege „. Testimonium S. Augustini Antistitis Hipponensis libro primo de moribus Ecclesiae Catholicae capite vigesimo primo (96): " Recte etiam curiosi esse pro-
„ hibemur, quod magnum temperantiae munus est. Hinc
„ illud est: *Cavete, ne quis vos seducat per philosophiam*. Et
„ quia ipsum nomen philosophiae si consideretur, rem
„ magnam totoque animo appetendam significat, si qui-
„ dem philosophia est amor studiumque sapientiae, cau-
„ tissime Apostolus, ne ab amore sapientiae deterre-
„ re videretur, subjecit, *et elementa hujus mundi*. Sunt
„ enim qui desertis virtutibus, et nescientes, quid sit
„ Deus, et quanta majestas semper eodem modo ma-
„ nentis naturae, magnum aliud se agere putant, si uni-
„ versam istam corporis molem, quam mundum nuncu-
„ pamus, curiosissime intentissimeque perquirant. Unde
„ tanta etiam superbia gignitur, ut in ipso caelo, de quo
„ saepe disputant, sibimet habitare videantur. Reprimat
„ igitur se anima ab hujusmodi vanae cognitionis cupidi-
„ tate, si se castam Deo servare disposuit. Tali enim
„ amore plerumque decipitur, ut aut nihil putet esse,
„ nisi corpus; aut etiamsi auctoritate commota, fateatur

(96) Num. 38. Tom. 1. Opp. Edit. cit. col. 701.

„ ali-

Digitized by Google

„ aliquid esse incorporeum , de illo tamen nisi per ima„ gines corporeas cogitare non possit, et tale aliquid es„ se credere , quale fallax corporis sensus infligit „ . Et sermone centesimo nonagesimo septimo (97): " Quid est „ Juno ? Juno, inquiunt, est aer. Jam dudum invitabat „ ut mare coleremus in simulacro telluris: nunc invitat „ ut aerem colamus . Elementa sunt ista, quibus mundus „ iste consistit . Hoc ergo Apostolus Paulus in Epistola „ sua proponens, *Cavete*, inquit, *ne quis vos decipiat per phi„ losophiam, et inanem fallaciam, secundum elementa mundi „ hujus*. Ipsos enim tangebat, qui quaſi prudentibus ido„ la exponunt. Ideo cum diceret, *philosophiam*; in eodem „ loco ait, *secundum elementa hujus mundi*, non quasi qua„ lescumque adoratores simulacrorum, sed quasi doctiores „ interpretatores signorum cavendos esse admonens „. Testimonium Theodoreti Episcopi Cyrensis in Interpretatione Epistolae ad Colossenses (98): " Quam superius dixit „ ad persuadendum aptam orationem, hic appellavit phi„ losophiam. *Inanem* autem *deceptionem* supervacaneam, et „ noxiam hominum traditionem non ipsam legem, sed in„ tempestivam ejus observationem. *Elementa* autem *mundi* „ observationem dierum. Ex Sole enim et Luna procedunt „ dies et noctes. Praecipit ergo eis ut vigilent, et sint „ sobrii, et eos qui ab eis fidem conantur eripere, om„ nino averſentur, ut qui a Christo quidem omnino „ separent, inutilibus autem legis observationibus il„ ligent „ . Testimonium .... Sed nolo Lectorem pluribus onerare. Itaque ab aliis Patrum testimoniis (99) de-

O ſcri-

(97) Num. 6. Tom. V. col. 906.

(98) Num. 8. Edit. Lutet. Pa-ris. MDCXLII. Tom. 3. pag. 352.

(99) Eodem modo allata Apo-sto-

scribendis supersedeo. Hoc brevi dico, tantum abfuisse ut Patres ab Apostolis Dialecticam ac naturalium rerum intel-

stoli verba ceteri Patres interpretantur, quos sequutus S. Thomas Lectione secunda in Cap. II. Epistolae ad Colossenses Opp. ejusd. Edit. Rom. MDLXX. fol. 161. seq. scribit: „ Deinde cum dicit, *Videte*, monet, ne decipiantur per „ vanam sapientiam. Et primo ponit monitionem: secundo rationem, ibi, *In ipso*. Circa primum, „ primo, docet vitare quod potest „ decipere: secundo ostendit, quare illud decipiat, ibi, *secundum* „ *traditiones*. Sed quod aliquis decipiatur per sapientiam secularem, dupliciter contingit, scilicet quandoque per principia realia Philosophiae, quandoque per „ sophisticas rationes. Et utrasque „ docet cavere. Unde dicit, *Ne* „ *quis etc.*, id est per philosophica documenta, Esa. 47. Sapientia tua, et scientia haec, decepit te. Multi enim sunt propter „ Philosophiam decepti, a fide deviantes. Hiere. 10. Stultus est factus omnis homo a scientia sua. „ Quantum ad secundum dicit, *Et* „ *inanem fallaciam*. Quae non fundatur nisi super apparenti involutione verborum. Ephes. 5. Nemo vos seducat inanibus verbis. „ Sed quomodo seducens? Qui „ seducit, oportet habere aliquid „ apparens, et aliquid non existens. Ideo primo ponit principium apparentiae: secundo defectum existentiae. Principium apparentiae est duplex, id est auctoritas philosophorum, et quantum ad hoc dicit, *secundum traditionem hominum*, id est secundum ea, quae aliqui tradiderunt „ propria ratione. Psal. 93. Dominus scit cogitationes hominum, „ quoniam vanae sunt. Aliud est „ adinventio rationis, quando, „ scilicet aliquis vult metiri ea, „ quae sunt fidei, secundum „ principia rerum, et non secundum sapientiam divinam. Ex „ hoc enim multi decipiuntur. „ Et ideo dicit, *secundum elementa mundi etc.* Sap. 13. Neque operibus attendentes cognoverunt quis esset artifex etc. „ Quanto enim caussa est altior, „ tanto habet superiorem effectum. „ Unde, qui voluerit considerare „ effectus superiores secundum caussas inferiores, decipitur, ut si „ quis consideret motum aquae secun

Digitized by Google

telligentiam damnatam fuisse, eamque diaboli fraude in mundum inductam putaverint, ut etiam illos, qui vel imperitia, vel odio in Christianam religionem haec putarunt, gravissimis disputationibus (100) conciderint. Hactenus

O 2 de

„ cundum virtutem aquae, non potest scire caussam refluxus maris, „ sed sic, si considerat eum secundum virtutem lunae. Unde multo magis decipitur, qui considerat proprios Dei effectus, secundum elementa mundi. Et haec „ est caussa apparentiae. Sed numquid sunt semper respuendae traditiones hominum, et rationes? „ Respondeo: Non, sed tunc, quando „ procedit physica ratio secundum „ illas, et non secundum Christum. „ Infra eodem, Non tenentes caput, „ ex quo totum corpus per nexus et „ conjunctiones subministratum, et „ constructum, crescit in augmentum Dei. Vel potest exponi secundum elementa mundi, mensurando scilicet veritatem fidei, „ secundum veritatem creaturarum, „ Vel hoc dicit propter idololatras „ colentes idola: et dicentes, Jovem caelum. Vel secundum Judaeos, ut sit sensus: *Per philosophiam*, id est per rationem volentium trahere ad legalia, secundum observationes corporales. Gala. 4. Sub elementis mundi eramus servientes. Sed prima expositio est melior. Deinde „ cum dicit, *Quia in ipso etc.* Ponit rationem praedictorum dicens, „ Quicquid non est secundum Christum, respuendum est „.

(100) Clemens Alexandrinus lib. VI. Strom. num. VII. pag. 822. seq. de iis, qui Philosophiam a diabolo inductam effutiebant: „ Quomodo... non est absurdum, ut qui diabolo confusionem tribuunt et injustitiam, eum „ rei praeclarae et quae est ex virtute, nempe Philosophiae, datorem constituant? Tum enim „ Graecis ad hoc, ut boni viri „ fierent, Diabolus ipsa Divina „ providentia magis benignus videretur. Contra autem existimo legis esse proprium et rectae „ rationis, reddere quod unicuique convenit, et quod est ejus „ proprium, et quod ad eum pertinet. Nam ut lyra est solius cytharaedi, et tibia solius tibicinis, „ ita commoda bonorum virorum „ sunt

„ oportere, *ut potens sit eos, qui contradicunt, arguere*, et sua „ sapientia os obstruere *vaniloquis et seductoribus*. Et quemad„ modum *unius uxoris vir* eo qui secundas nuptias contra„ xit; *irreprehensibilis* eo qui reprehendi potest; *sobrius* „ immoderato; *pudicus* impudico; *ornatus* eo qui tantil„ lum immodestus est, magis dignus Episcopi munere ab „ ipso judicatur; ita vult eum, qui Episcopus eligendus „ est, hujusmodi esse, qui docere, et *contradicentes arguere* „ possit. Injuste igitur Celsus in nos insurgit, quasi „ diceremus: *Nemo eruditus, nemo sapiens, nemo prudens ad* „ *nos accedat*. Immo accedat eruditus, sapiens, prudens, „ cum voluerit. Sed accedat nihilominus stolidus, ineru„ ditus, puer. Pollicetur enim nostra doctrina se et illos „ homines sanaturam, si accesserint, quippe quae om„ nes Deo dignos efficit (109) „.

XX. Humanarum autem disciplinarum neglectum novi Increduli, Caecilii testimonio freti, veteribus Christianis non objicerent, si legum, quas in nostros tulit perfidus ille Christianae religionis transfuga Julianus, ex cujus libris tantopere proficiunt, meminissent. Etenim Julianus non modo jussit, ut ne quis Christianorum publice Oratores, Poetas, et Philosophos Graecorum veteres explicaret, sed etiam Christianis adolescentibus ad publicas humaniorum litterarum, ac Philosophiae scholas aditum (110) praeclusit. Nam " urebant (111) ejus animum „ non

(109) Legatur Christophori Danielis Carsted Palaeo-Brandeburgensis Meso-Marchici S. S. Theol. cultoris Dissertatio Historico-Theologica de αγραμματια Veterum Civitatis Christianae doctorum, Halae Magdeburgicae an. MDCCL.

(110) De his Juliani legibus praeter Socratem, et Sozomenum, quorum loca mox indicabimus, ade-

medicinam exercebat, Paulus (106) a prima pueritia litteris Hebraeorum diligenter in urbe clarissima a doctissimo praeceptore optimaque disciplina institutus, tantum quoque de Graecorum litteris didicerat, ut ne poetas quidem eorum Aratum, Epimenidem, Menandrum ignoraret. Igitur hic ipse in prima ad Corinthios epistola (107) non multos ad Evangelii lucem sapientes secundum carnem vocatos fuisse scripsit, neminem vocatum fuisse non scripsit. Quamobrem Origenes libro tertio contra Celsum nihil ex eo testimonio educi ab Ethnicis, qui sapientes a nostra societate excludi arbitrabantur, posse, quin immo eorum calumniam coerceri, ostendit ,, Fortasse etiam, ,, *inquit* (108), opinioni eorum, qui eruditum, aut sa- ,, pientem, aut prudentem arbitrabantur in nostram socie- ,, tatem non recipi, locum dederit hic alius Pauli locus. ,, *Videte autem vocationem vestram, fratres, quia non mul-* ,, *ti sapientes, ſecundum carnem, non multi potentes:* ,, *non multi nobiles: sed quae stulta sunt mundi elegit* ,, *Deus, ut confundat sapientes: et ignobilia mundi, et con-* ,, *temtibilia elegit Deus, et ea quae non sunt, ut ea quae sunt* ,, *destrueret: ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus*. At ,, non dictum est, nemo sapiens secundum carnem, sed ,, *Non multi sapientes secundum carnem*. Certe Paulus descri- ,, bens quibus dotibus ornatum esse oporteat, quem vo- ,, cat Episcopum; jubet eum esse *doctorem*; ait enim ,, opor-

,, vir eloquens, devenit Ephesum, ,, potens in scripturis ,,.

(105) Vide S. Hieronymum in lib. *De viris illustribus* cap. VII.

(106) S. Hieronymus lib. eod. cap. V., et Epist. LXX. cujus locum descripsimus num. XVI.

(107) Epist. I. ad Corint. cap. I. vers. 26. seqq.

(108) Lib. III. contra Celsum num. 48. Tom. I. Opp. Edit. cit. pag. 478. seq.

XIX. Altera quoque de aditu in Christianam religionem intercluso omnibus, qui eruditione, qui sapientia, qui prudentia excellerent, calumnia a Celso infensissimo Christiani nominis hoste excogitata, adeo perspicua est, ut in ea rejicienda longum mihi tempus esse conterendum non existimem. Quid enim? Num hebetes, stolidi, atque humanarum litterarum expertes erant, ut ex innumerabilibus, quos nominare possem, aliquos indicem, Minutius Felix, Hyppolitus, Julius Africanus, Cyprianus, Arnobius, Lactantius, quos tertio seculo, Clemens Alexandrinus, Pantaenus, Apollonius, Irenaeus, Athenagoras, Theophilus Antiochenus, Justinus Martyr, quos secundo, Aristides, Quadratus, Clemens (103), qui Romanus Pontifex deinde fuit, Dionysius Areopagita, quos primo seculo nostri in suam societatem, falsorum numinum superstitione ejurata receperunt, tum Nicodemus, Gamaliel, Zenas, Apollo, Lucas, Paulus ad Christi sacra in ipso nostrae religionis, ut ita dicam, ortu ex Judaismo adducti, ex quibus Nicodemus, Gamaliel, Zenas, Apollo legis peritia (104) celebres apud suos habebantur, Lucas (105) me-

(103) Adeundus Tillemontius *Memoires pour servir a l'Histoire Ecclesiastique des six premiers siecles* Edit. Paris MDCXCIV. Tom. II. pag. 162. seqq., qui pag. 25. seqq. de Nicodemo, pag. 27. seqq. de Gamaliele; et pag. 133. seqq. de Dionysio Areopagita agit, de cujus Dionysii doctrina et eruditione pleraque Veterum testimonia extanta pud Meursium in libro, cui titulus: *Areopagus*, cap. IV. Tom. II. Opp. ejusdem Edit. Florent. MDCCXLIII. col. 381. seq.)

(204) Epist. ad. Titum cap. III. ver. 13. „ Zenam legisperitum, „ et Apollo sollicite praemitte, „ ut nihil illis desit „. Et Act. Apostol. cap. XVIII. ver. 24. „ Judaeus ... quidam, Apollo „ nomine, Alexandrinus genere, „ vir

„ non mediocriter Apollinaris Syrus, omni disciplinarum „ genere instructus, et Basilius, Gregoriusque Cappado„ ces, qui cunctos illius temporis oratores longe supera„ bant: multique praeterea disertissimi viri quorum alii „ fidem Nicaeni Concilii sequebantur: alii opinionem Arii „ erant amplexi", metuebatque, ne Christiani (112), *si linguam, ut ajebat, acuissent Gentilium Dialecticis, expeditius responderent*. Quorsum autem legibus cavisset, ne Christiani has disciplinas aut profiterentur, aut docerentur, si eas nostri neglexissent? Nec vero Juliani aetate optimae artes, ac naturales scientiae celebrari apud nostros coeperant, verum etiam superioribus seculis viguerant. Et sane quae scientia est, quae ars libero homine digna, quam nostri ante annum trecentesimum trigesimum primum, quo anno Julianum maximo Christianae reipublicae, ac Romani Imperii malo natum fuisse Historici memoriae prodiderunt, non coluerint, atque ita coluerint, ut eorum plurimi maximum ex ipsis nomen sibi, famamque comparaverint? Ut nihil de sculptura, picturaque dicam, quas nisi Christiani tribus primis Ecclesiae seculis professi fuissent, tot in cemeteriis sarcophagi, musiva opera, picturaeque non extarent, quot (113)

P vi-

adeundi alii, quos citat sapientissimus vir Thomas Maria Mamachius Ord. Praed., nunc S. P. A. Magister *Originum, et Antiquitatum Christianarum* lib. II. Tom. I. Edit. Rom. MDCCXLIX. pag. 457. seq. not. 6.

(111) Sozomenus *Historiae Ecclesiasticae* lib. V. cap. VIII. Edit. Augustae Taurinor. MDCCXLVII. pag. 190.

(112) Socrates *Hist. Eccles.* lib. III. cap. XII. Edit. cit. p. 160.

(113) Vide Reverendiss. P. Thomam Mariam Mamachium S. P. A. M. *Originum et Antiquitatum Christianarum* lib. III. T. III. p. 319. not. 1. seqq. Confer Josephi Alexan-

videmus; nihil de variarum linguarum cognitione, qua praeter illos, qui sacra Biblia in latinum, aliaque idiomata omnium primi transtulerunt, Dorotheus (114), Procopius Martyr, aliique commendantur: nihil de Jurisprudentia, in qua maxime floruit Minucius Felix, cujus elegantissimum Dialogum, qui Octavius inscribitur, habemus; nihil de medicina, quam SS. Lucas Evangelista, Alexander natione Phryx, Zenobius Presbyter Sidoniensis, Theodotus Episcopus Laodicenus, magna cum laude exercuerunt: Poesim a nostris initio avide acceptam, ac deinceps retentam declarant hymni a veteribus Christianis compositi, versus sepulchris (115) inscripti, carmina Tertulliano, ac S. Cypriano olim tributa, Flavii Grammatici de medicinalibus libri, Lactantii Poemata, quae interciderunt, et Evangelica Historia, quam Juvencus Hispanus Presbyter carminibus exposuit. Nec Oratorem serius, quam Poetam complexi fuerunt nostri, primo quidem aptum ad dicendum, deinde vero eruditum, atque ornatum, ita ut cum ipsis Graecae, Latinaeque eloquentiae principibus certa-

xandri Furietti, qui deinde S. R. E. Cardinalis fuit, Opus *De Musivis* Rom. MDCCLIII. cap. V. et alios, qui vetera Christianorum monumenta, quae Romae potissimum extant, illustrarunt.

(114) De his, quos hoc num. indicamus, legendi, Eusebius Episcopus Caesariensis partim in *Histor. Eccles.*, partim in lib. *De Martyribus Palestinae*, et S. Hieronymus in lib. *De viris illustribus*. Consuli quoque potest Joannes Lamius in libro singulari *De Eruditione Apostolorum* cap. IX. Digress. IV. Edit. Florent. anno MDCCLXVI. pag. 492. seq.

(115) Vide praeter *Thesauros Inscriptionum* Gruteri, et Muratorii, Opus Francisci Mariae Bonadae, cui titulus, *Carmina ex antiquis lapidibus* impressum Rom. an. MDCCLI.

Digitized by Google

tare posset. Quo in genere claruerunt, Apollinaris Hierapolitanus, Dionysii duo, alter Corinthiorum, alter Alexandrinorum, et Pinytus Gnossiorum Antistites: Apollonii duo, Meletius, Lucianus, Phileas, Pamphylus, et alii, quos percensere singulos si vellem, exitum non invenirem. Quid Philosophicae disciplinae? Quam multos ex nostris licet commemorare, ex quorum scriptis quantum operae, ac studii in veterum Poetarum, Rhetorum, et Philosophorum sententiis, decretisque investigandis posuissent, quantosque in Dialecticis, ac Mathematicis disciplinis progressus fecissent, intelligitur? Testes, Justini, Athenagorae, Theophili Antiocheni, Irenaei, Tertulliani, Cypriani, Arnobii, Lactantii, aliorum libri, in quibus Christiana religio ab Ethnicorum calumniis vindicatur, et profanae superstitiones, atque haereticorum commenta acute, copioseque oppugnantur. Testes, Clementis Alexandrini Presbyteri *insignia* (116) *volumina, plenaque et eruditionis, et eloquentiae, tam de scripturis divinis, quam de secularis litteraturae instrumento*: Testes praeclara Melitonis de Paschate, de sensibus, et de anima, et corpore, Maximi de origine mali, et materiae creatione, Sexti de resurrectione, Judae de Chronographia, Julii Africani de temporibus, et cestis Opera. Quid Hippolitus? " qui „ inter (117) plurima alia ingenii sui monumenta, librum „ de Pascha composuit; in quo temporum seriem descri„ bens, et canonem quemdam Paschalem per sexdecim „ annorum circuitum exhibens, anno primo Imperatoris

 Ale-

(116) S. Hieronymus *De viris illustribus* cap. XXXVII.

(117) Eusebius *Histor. Ecles.* lib. VI. cap. XXII. Edit. cit. pag. 248. seq.

Digitized by Google

„ Alexandri computationem temporum circumscribit. „ Quid Origenes? qui " Dialecticam ... et Geometriam (118) „ et Arithmeticam, Musicam, Grammaticam et Rheto- „ ricam, omniumque Philosophorum sectas ita didicit, „ ut studiosos quoque secularium litterarum sectatores ha- „ beret, et interpretaretur eis quotidie, concursusque ad „ eum miri fierent, cujus scientiae (119) cum Graeca con- „ cederent, Hebraea quoque elaborata sunt, *et* cujus fuit „ tam amoena, tam lactea, tam dulcis oratio, ut . . . „ ex ore ipsius non tam verba, quam mella quaedam „ fluxisse videantur „. Quid? „ Anatolius Alexandrinus „ Laodiceae (120) Syriae Episcopus ... mirae doctrinae vir ... „ in Arithmetica, Geometria, Astronomia, Grammati- „ ca, Rhetorica, Dialectica cujus ingenii magnitudinem „ de volumine, quod super Pascha composuit, et decem „ libris de Arithmeticae institutionibus, intelligere possu- „ mus „. Quid? " Pierius Alexandrinae (121) Ecclesiae „ presbyter, qui sub Caro, et Diocletiano Principibus, „ eo tempore, quo eam Ecclesiam Theonas Episcopus re- „ gebat, florentissime docuit populos, et in tantam ser- „ monis diversorumque tractatuum, qui usque hodie extant, „ venit elegantiam, ut Origenes junior vocaretur, et quem „ fuisse scientissimum Dialecticae, et Rhetoricae artis con- „ stat ". Quid ceteri, quorum a S. Hieronymo in libro *de viris illustribus* fit mentio? " Discant (122) ergo Celsus, „ Por-

(118) S. Hieronymus in lib. *De viris illustribus* cap. LIV.

(119) Vincentius Lirinensis in *Commonitorio* Edit. Bremae MDCLXXXVIII. pag. 301.

(120) S. Hieronymus lib. cit. Cap. LXXIII.

(121) S. Hieron. lib. eod. Cap. LXXVI.

(122) S. Hieronymus in Prologo ad lib. mox cit.

Digitized by Google

„ Porphyrius, Julianus, rabidi adversus Christum canes, „ discant eorum sectatores (qui putant Ecclesiam nullos „ Philosophos, et Eloquentes, nullos habuisse Doctores) „ quanti, et quales viri eam fundaverint, extruxerint, „ et adornaverint; et desinant fidem nostram rusticae tan- „ tum simplicitatis arguere, suamque potius imperitiam „ agnoscant. „

XXI. De S. Gregorio Magno hoc brevi dico, quae de Mathem aticis ab illo Pontificali aula pulsis, deque Palatina Bibliotheca, et Ciceronis, Liviique Operum exemplis, quotquot reperiri potuerunt, ejus jussu combustis Joannes Sarisberiensis (123), Ludovicus XI. (124) Galliarum

(123) Joannes Sarisberiensis in Opere, cui titulus, *De nugis Curialium et vestigiis Philosophorum* lib. secundo cap. XXVI. Bibliothecae Maximae Vet. Patrum Edit. Lugdun. MDCLXXVII. Tom. XXIII. pag. 274. col. 1. „ Ad haec „ doctor sanctissimus ille Gregorius, qui melleo praedicationis „ imbre totam rigavit et inebriavit Ecclesiam, non modo Mathesin jussit ab aula recedere, „ sed, ut traditur a majoribus, „ incendio dedit probatae lectionis

Scripta Palatinus quaecunque tenebat Apollo.

„ In quibus erant praecipua, quae „ caelestium mentem, et superio- „ rum oracula videbantur homini- „ bus revelare ". Et libro octavo Cap. XIX. pag. 398. col. 1. seq. „ Fulmine Capitolium ictum, ex „ quo facta flammatio, bibliothecam „ illam majorum cura studioque „ compositam, aedesque alias juxta sitas rapaci turbine concremavit. Fertur tamen beatus „ Gregorius bibliothecam combus- „ sisse gentilem, quo divinae paginae gratior esset locus, et major autoritas, et diligentia studiosior. Sed haec sibi nequaquam obviant, cum diversis temporibus potuerunt accidisse „.

(124) In Decreto adversus Nominales anno 1473. publicato, apud Lyronium in Opere inscripto *Singularit. Historiqu.* Tom. I. pag. 167. „ Gregorius ille Magnus „ olim Pontifex Maximus, Sacra- „ rum

Digitized by Google

rum Rex, et Joannes Dominici (125) ex Ordine Praedicatorum S. R. E. Cardinalis litteris mandarunt, nullo firmo fundamento niti. Etenim Ludovicus XI., et Joannes Dominici nullum plane incendii Operum Ciceronis, et Livii testem citant; Sarisberiensis vero, quae de Mathematicorum expulsione, et Bibliothecae combustione narrat, ex vulgi rumoribus, ut alia plurima, accepit, nec sibi in Bibliotheca indicanda constat. Itaque eorum narrationes non modo a Catholicis Scriptoribus artis Criticae peritis explosae unanimi consensu (126) fuerunt, sed ne Baylio (127) qui-

„ rum litterarum doctissimus In-„ terpres, M. Tullii Ciceronis li-„ bros miro dicendi lepore refer-„ tos, quoniam juvenes ejusdem „ auctoris mira suavitate sermonis „ illecti, Sacrarum litterarum stu-„ dium omittentes, majorem aeta-„ tis suae florem in Eloquentiae „ Tullianae studio consumebant, „ quoad potuit, diligentissime sup-„ pressit.„

(125) Apud S. Antoninum *Summae Theologicae* Part. IV. Tit. XI. Cap. IV. §. III. Edit. Veronensis an. M D C C X L. col. 576. „ De Gregorio Magno dicit prae-„ dictus D.Jo.Dominici Card.,quod „ omnes libros, quos potuit habe-„ re, Titi Livii, comburi fecit, „ quia ibi multa narrantur de su-„ perstitionibus idolorum„.

(126) Maurini Editores Opp. S.Gregorii in ejus Vita Lib.1. Cap.1. Tom. IV. Opp. Edit. cit. pag. 202., Josephus Carafa C. R. nunc Archiepiscopus Miletanus, et Sacrae Congregationi Episcoporum et Regularium praepositae a Secretis, *De Gymnasio Romano, et de ejus professoribus* Lib. 1. Cap. IV. num. III. pag. 101. seqq., Joannes Hieronymus Grandonicus in Dissertatione Epistolari, cui titulus: *S. Gregorius M. Pontifex Romanus a criminationibus Casimiri Oudini vindicatus*, Rom. MDCCLIII. Cap. II. nu. VII. seqq. pag. 25. seqq., Tiraboschius *Storia della Letteratura Italiana*, To. III. lib. II. cap. II. num. IV. seqq., Franciscus Antonius Zaccaria *Historiae cit.* lib. I. Epoc. II. nu. XVI. et alii.

(127) *Dictionaire Historique et Critique* Edit. Basileensis ann. MDCCXLI.

quidem, et Barbeyraco (128) hominibus heterodoxis, atque in S. Gregorium male animatis probari potuerunt. Non ignoro multa a Bruckero (129) ad fidem, auctoritatemque Joannis Sarisberiensis narrationi conciliandam afferri. Verum haec nullius sunt momenti. Quae res cum novissime a Cl. Historiae Italicae Litteraturae Auctore(130) diligenter, copioseque demonstrata fuerit, nostram orationem non requirit. Quid, quod Sarisberiensis Mathematicorum nomine, non Mathematicarum disciplinarum cultores, sed homines divinationi, et astrologiae superstitiosae deditos intelligit? Quocirca etsi illos S. Gregorius ex Pontificali aula ejecisset, nonnisi per summam injuriam, ut infensissimus Mathesis, ac Philosophiae hostis a Bruckero traduceretur, praesertim cum veteres illius vitae Scriptores ipsum non modo a puero optimis artibus ac

MDCCXLI. verbo *Gregoire I.* pag. 598. seq.„Il n'est pas certain qu'il ait „ fait détruire les beaux Monumens „ de l'ancienne magnificence des „ Romains, afin d'empêcher que „ ceux qui venoient à Rome ne fissent plus d'attention aux Arcs de „ Triomphe, etc., qu' aux choses saintes. Faisons le même jugement de l'accusation qu'on lui „ intente, d'avoir fait brûler une infinité de Livres Paiens, et nommément Tite Live „.

(128) *Traité de la Morale des Peres de l'Eglise*, a Amsterdam an. MDCCXXVIII. Chapitre XVII. pag. 332. „ Je ne mettrai pas ici en „ ligne de compts, ce qu'on a dit de „ ce Pape, que par un faux zéle il „ il fit brûler une infinité de Livres „ Paiens. Le fait n'est par assez avec„ ré, comme on l'a remarqué dan „ le . . . *Dictionnaire Historique „ et Critique „.*

(129) *Historiae Criticae Philosophiae* Tom. cit. pag. 560. seqq., et in Appendice ad eamdem Historiam Philosophicam pag. praesertim 633. seqq.

(130) *Storia della Letteratura Italiana* loc. cit. not. 126. num. VI. seqq.

ac disciplinis imbutum fuisse, sed etiam earum studia in Pontificatu promovisse testentur. Etenim Paulus Diaconus in ejus Vita (131) scribit: " Disciplinis . . . hoc est Grammatica, Rhetorica, Dialectica, ita a puero est institutus, ut quamvis eo tempore florerent adhuc Romae studia litterarum, tamen nulli in urbe ipsa secundus esse putaretur ". Joannes vero Diaconus, vitae ejusdem libro secundo (132): " Tunc, *inquit*, rerum sapientia Romae sibi templum visibiliter quodammodo fabricabat, et septemplicibus artibus, veluti columnis nobilissimorum totidem lapidum, Apostolicae Sedis atrium fulciebat. Nullus Pontifici famulantium a minimo usque ad maximum, barbarum quodlibet in sermone vel habitu praeferebat: sed togata, Quiritum more, seu trabeata Latinitas suum Latium in ipso Latiali palatio singulariter obtinebat. Refloruerant ibi diversarum artium studia: et qui vel sanctimonia, vel prudentia forte carebat, suo ipsius judicio subsistendi coram Pontifice fiduciam non habebat. Arcessebantur Pontificalibus profundis consiliis prudentes viri, quos perhibui, potiusquam potentes; et paupere Philosophia intrinsecus, quid potius aut potissimum in unoquoque negotio sequendum putaretur, artificiosis argumentationibus rationabiliter inquirente, dives inertia, quae modo se de sapientibus pari sorte ulciscitur, prae cubiculi foribus despicabilis remanebat ". Praetereo aliorum (133) testimonia. Verum praeterire nullo modo possum duo ex S. Pontificis Operibus lo-

(131) Num.II. Tom.IV. Opp. S. Gregorii Edit. cit. col.1.

(132) Cap. XIII. et XIV. Tom. eod. col.49.

(133) Testimonia quorumdam veterum Scriptorum de S. *Gregorio Papa* legi possunt Tom. mox cit. Opp. S. Gregorii col. 187. seqq.

Digitized by Google

loca,quae ad impositam ipsi in humanas litteras odii calumniam refellendam plurimum conferunt. Igitur S. Pontifex Expositionis in Job, libro nono (134): " Nequaquam, „ *inquit*, sermo veritatis vanas Hesiodi, Arati, et Callima„ chi fabulas sequitur, ut Arcturum nominans, extremam „ stellarum septem caudam Ursae suspicetur, et quasi „ Orion gladium teneat amator insanus. Haec quippe „ astrorum nomina a cultoribus sapientiae carnalis inven„ ta sunt: sed Scriptura sacra idcirco eisdem vocabulis „ utitur, ut res, quas insinuare appetit, notitia usitatae „ appellationis exprimantur. Nam si astra, quae vellet, „ per ignota nobis nomina diceret: homo, pro quo haec „ eadem Scriptura facta est, nesciret procul dubio quid „ audiret. Sic igitur in sacro eloquio sapientes Dei sermo„ nem trahunt a sapientibus seculi, sicut in eo pro uti„ litate hominis vocem in se humanae passionis ipse con„ ditor hominum sumit Deus, ut videlicet dicat: *Poeni„ tet me fecisse hominem super terram*: cum profecto con„ stet, quia is, qui cuncta, priusquam veniant, conspi„ cit, nequaquam postquam aliquid fecerit, poenitendo „ resipiscat. Quid ergo mirum, si spirituales viri utun„ tur verbis carnalium, quando ipse ineffabilis et creator „ omnium Spiritus, ut ad intellectum suum carnem per„ trahat, in se ipso carnis sermonem format? „ Et Expositionis in librum primum Regum libro quinto (135): " Quid est ergo, quod dicitur: *Faber ferrarius non inve„ niebatur in Israel*: nisi quia ad spiritualia bella non per secu„ lares litteras,ſed per divinas instruimur? Faber quippe ferra-

Q „ rius

(134) Cap. XI. num. 12. To. I. Opp. Edit. cit. col. 293. seq.

(135) Cap. III. num. 30. Tom. III. Opp. Edit. ejusd. col. 295. seq.

Digitized by Google

„ rius in Israel non invenitur, quia fideles Domini viden-
„ tes, arte secularis scientiae contra malignos spiritus
„ nequaquam praeliantur. Fabri namque arte adjuti vin-
„ cerent, si secularis eloquentiae jaculis, occultis hosti-
„ bus praevalerent. Quae profecto secularium librorum
„ eruditio, etsi per semetipsam ad spiritualem Sanctorum
„ conflictum non prodest, si divinae Scripturae conjun-
„ gitur, ejusdem Scripturae scientia subtilius eruditur.
„ Ad hoc quidem tantum liberales artes discendae sunt,
„ ut per instructionem illarum divina eloquia subtilius in-
„ telligantur. A nonnullorum cordibus discendi deside-
„ rium maligni spiritus tollunt: ut et secularia nesciant,
„ et ad sublimitatem spiritualium non pertingant. Bene
„ ergo dicitur: *Caverant Philisthiim, ne forte facerent Hebraei*
„ *gladium, et lanceam*. Aperte quidem daemones sciunt,
„ quia dum secularibus litteris instruimur, in spiritualibus
„ adjuvamur. Cum ergo nos ea discere dissuadent, quid
„ aliud, quam ne lanceam, aut gladium faciamus, prae-
„ cavent? Dicat ergo historica et studium electorum Pro-
„ pheta insinuet, et exponat: *Descendebat Israel ad Phili-*
„ *sthiim, ut exacueret unusquisque vomerem suum, aut ligo-*
„ *nem*. Ad Philisthaeos descendimus, quando ad discen-
„ dos seculares libros animum inclinamus. Et descensus
„ dicitur, quia Christiana simplicitas in alto est. Sed
„ quid est quod seculares litterae dicuntur in plano esse,
„ modus vero docendi sublimis? Quia cum caelestia nul-
„ la narrent, et miro dicendi ordine, quae proponuntur,
„ explicant, et narrando sublimantur, et carnalia di-
„ cendo deponuntur. Quem profecto dicendi, sive in-
„ telligendi modum qui scire appetit, descendat ad Phili-
„ ſthiim,

Digitized by Google

„ sthiim, vomerem et ligonem acuat, ut ad secularium „ etiam carnalia audienda deponatur, qui eorum eloquen„ tia instrui penitus nititur. Hanc quippe secularem scien„ tiam omnipotens Deus in plano anteposuit, ut nobis „ ascendendi gradum faceret, qui nos ad divinae Scriptu„ rae altitudinem levare debuiſset. Idcirco eam praemit„ tere voluit, ut in ipsa nos instrueret ad spiritualia tran„ sire. Unde et Moyses, qui nobis divinorum eloquiorum „ principia edidit, non prius divina didicit, sed ut cape„ re, vel exprimere divina posset, in omni Aegyptiorum „ scientia rudem animum informavit. Isaias etiam Prophe„ tis aliis eloquentior extitit: quia nec ut Jeremias Ana„ thotites, nec ut Amos armentarius, sed nobiliter intstru„ ctus atque urbanus fuit. Paulus quoque vas electionis „ ante ad Gamalielis pedes instruitur, quam rapiatur in pa„ radisum, vel ad caeli tertii altitudinem sublevetur. Et „ ideo fortasse per doctrinam aliis Apostolis excellit: quia „ futurus in caelestibus, terrena prius studiosus didicit. „

XXII. Restat, ut, quod nobis de Virgilii condemnatione ab Incredulis extremo loco opponitur, expediam. Nihil autem expediri a me facilius potest. Quamquam enim propter summam monumentorum inopiam, quae controversiae illius origo fuerit, quis exitus, ignoremus (136), tamen ex S. Zachariae Romani Pon-

(136) De hac controversia agit Marcus Velserus in Opere, quod inscribitur, *Rerum Boicarum libri quinque* Edit. Augustae Vindelicorum ann. MDCII. ad annum DCCXLVI. pag. 284. seqq. Hic autem pag. 286. in hunc modum scribit: „ Disceptationis exitum non „ comperio. Fit verisimile, aut „ purgasse se Virgilium Pontifici „ sive coram sive per litteras: aut „ cognitis invidorum utrimque frau„ di-

Pontificis ad S. Bonifacium Episcopum Moguntinum epistola decima efficitur, Virgilii nomen de errore ad Apostolicam Sedem a S. Bonifacio delatum, quod alium sub terra mundum esse, alioſque homines, qui alio quam nos sole, aliaque, Luna illuminarentur, docere perhiberetur; Zachariam vero Bonifacio quidem praecepisse, ut Virgilium, si, quae tradere ferebatur, reipsa defenderet, de Concilii sententia Sacerdotio dejiceret, Ecclesiaeque communione privaret, litterasque ad eumdem Virgilium dedisse, quibus Romam venire jubebatur, interea tamen ei sacris non interdixisse. Scribit enim in hanc sententiam (137) „ Nam et hoc „ intimatum est a tua fraterna sanctitate, quod Virgi„ lius ille, nescimus si dicatur presbyter, malignatur „ adversum te, pro eo quod confundebatur a te er„ roneum se esse a catholica doctrina, immissiones fa„ ciens Otiloni duci Bajoariorum, ut odium inter te et il„ lum seminaret, ajens quod et a nobis esset absolu„ tus, ut unius defuncti ex quatuor illis episcopis, „ quos tua illic ordinavit fraternitas, dioecesim obtine„ ret: quod nequaquam verum est, quia mentita est ini„ quitas sibi. De perversa autem et iniqua doctrina „ ejus, qui contra Deum et animam suam locutus est, „ si clarificatum fuerit ita eum confiteri, quod alius „ mundus, et alii homines sub terra sint, seu sol et „ lu-

„ dibus, nam qua Virgilius animi „ probitate et vitae sanctimonia „ fuit, quae Bonifacio renuntiata, „ neque dixisse, neque fecisse po„ tuit, ultro, quod inter bonos so„ let, in gratiam esse reditum. „ Sane Bonifacius toto deinde se„ ptennio superfuit, neque istius „ tamen dissensionis praeterea ve„ stigium apparet „.

(137) Epist. X. Collect. Concill. Edit. cit. T. VIII. col. 256. seq.

„ luna, hunc habito consilio ab Ecclesia pelle, sacerdotii „ onere privatum. Attamen et nos scribentes praefato „ duci, evocatorias praenominato Virgilio mittimus „ litteras, ut nobis praesentatus, et subtili indagatione „ requisitus, si erroneus fuerit inventus, canonicis san- „ ctionibus condemnetur „ Quapropter aut erravit turpiter historiae imperitia Diderotus, aut rem totam calumniando pervertit (138), cum damnatum a S. Zacharia Episcopum fuisse scripsit, propterea quod sex ante novum Orbem a Christophoro Columbo detectum seculis, de Antipodibus divinasset. Quamvis enim non defuerint praestantes eruditione viri, qui Virgilium illum, cui simultates cum S. Bonifacio Moguntino Episcopo intercesserunt, a S. Virgilio Episcopo Salisburgensi non esse distinguendum (139) putarent, (quorum si vera est sententia, Dideroti, et aliorum de illius condemnatio-

(138) In eadem errata incidit Bruckerus, cujus haec sunt *Historiae Philosoph.* Tom. cit. pag. 896. „ Unum praeter reliqua supra jam „ adducta exempla allegamus, Vir- „ gilii, Salisburgiensium Episcopi, „ cujus vita legitur apud Cani- „ sium et Mabillonium. Is cum eru- „ ditionis caussa valde suspectus „ esset Bonifacio, magno ignoran- „ tiae et barbariei patrono, quae ful- „ cra esse superstitionis sibi tanto- „ pere deamatae noverat, valde „ ejus censuram incurrit ob asser- „ tos antipodas. Concludebat enim „ acutissimus theologus, novum „ ita annunciari mundum, pro quo „ Christus passus haud sit. Cujus „ inconditos clamores licet retun- „ dere et ipse Virgilius interposita „ ad Pontificem Romanum appel- „ latione, et Odilonis Bavariae „ ducis demonstratione et precibus „ conaretur, ad hoc tamen tribu- „ nal . . . . citatus est „.

(139) Vide Joannis Vincentii Patuzzi Ord. Praed. Dissertationem *De sede inferni in terris quaerenda* Venet. MDCCLXIII. Cap. III. pag. 14. seq.

Digitized by Google

tione opinio funditus labefactatur : neque enim ad Episcopatum evectus fuisset is, quem paucis ante annis falsae doctrinae caussa Romanus Pontifex Sacerdotio depulisset, et sacrorum communione exclusisset) nemo tamen inventus est, tam parum in historia versatus, qui ipsum, quo tempore accusatus erroris fuit, Salisburgensi, aut alii cuipiam Ecclesiae praefuisse arbitraretur, et quod caput est, Virgilius aut nunquam damnatus a S. Zacharia fuit, aut si fuit usquam damnatus, non ideo fuit, quod Antipodas (140) tueretur. Haec habui, quae ad singula Incredulorum argumenta initio proposita responderem, in quibus refellendis ut essem longior, quam hujus generis scriptionum, hac praesertim aetate, ratio, exitusque ferre viderentur, uberrima pulcherrimarum rerum, quae se mihi obtulerunt, seges fecit.

(140) Adeundus Ludovicus Ant. Muratorius *De ingeniorum moderatione* lib. I. Cap. XXIII. Edit. Venet. MDCCLXVIII. pag. 243. et Cl. Antonius Valsechius Ord. Praed. Ragionamento intorno allo Spirito Filosofico §. II. num. X. Edit. Patavinae MDCCLXXIX. pag. 36. seq. not. 6.

VAL 1514716

Digitized by Google